QUATENUS

HESIODI ELOCUTIO AB EXEMPLO HOMERI PENDEAT.

SCRIPSIT

EDUARDUS KAUSCH
PH. DR.

BEROLINI
TYPIS DRAEGERIANIS (C. FEICHTII)

A. MDCCCLXXVIII.

Quatenus Hesiodi elocutio in theogonia ab exemplo Homeri pendeat abhinc duobus fere annis dissertatione mea ita docere conatus sum, ut primum quot versus, hemistichia formulae ad exemplar quorundam Homericorum conformata essent demonstrarem, deinde de digammatis vestigiis dissererem, postremo, quae ab usu Homerico recedere viderentur numerarem.

Quae dissertatio quum paullulum aliquid ad quaestionem quae est de carminibus Hesiodeis diiudicandam afferre videatur, eodem modo de duobus ceteris carminibus, quae sub Hesiodi nomine circumferuntur, tractare nobis nunc propositum est.

Neque ut Flachii sententiam ubique vivum digamma esse agnoscendum refellam praefatione mihi opus est — nam erravisse Flachium satis demonstrasse mihi videor[1]) — sed quum nuperrime Aloysius Rzach et in quaestionibus suis Hesiodeis et in commentatione de dialecto Hesiodi inserta Diurnis Fleckeisenianis, quae inscribuntur: »Jahrbücher für classische Philologie« vol. add. VIII p. 377—388. comprobare conatus sit easdem leges, quas de digammatis vi atque usu apud Homerum valere optime docuit vir eruditissimus Hartelius, vigere apud Hesiodum, nobis non supervacaneum esse videtur, quamobrem viri doctissimi sententiam probare non possimus quam brevissime exponere.

Statuit autem Rzachius digamma initiali syllabas in vocalem longam aut diphthongum exeuntes produci, si in arsi positae essent, interdum etiam in thesi eiusmodi syllabas produci atque praecipue quidem id cadere in particulam *καί*; porro syllabas in unam consonam desinentes digammate initiali produci, si in arsi positae essent, in thesi autem non produci nisi ante pronomen *οἷ*; postremo hiatum digamma initiali saepissime tolli.

Digamma autem agnosci non posse si aut syllaba in vocalem longam vel diphthongum vel unam consonam exiens in thesi posita sit, aut elisiones sint factae.

Magnum esse discrimen inter Flachii sententiam et Rzachii nemo negabit. Quum enim ille omnibus locis vivum digamma esse agnoscendum eosque locos, qui obstant, aut pro spuriis habendos aut mutandos esse putet, hic digammatis vim certis finibus circumscribit neque aut *ν* ephelcysticon amoveri aut alias mutationes lectionis vulgatae nisi optimis libris probatas fieri vult. Tamen viro doctissimo assentiri non possum.

---

1) Quamquam enim quod in Prolegomenis editionis theogoniae enuntiavit, nuper in praefatione editionis suae Hesiodeae Berol. 1874 et in libello, qui inscribitur »Das dialektische Digamma des Hesiodus«, repetivit, nova argumenta protulisse mihi non videtur.

Nam mihi quidem veri dissimillimum videtur unum eundemque poetam vel hominum quandam societatem in sermone vulgari unquam eandem vocem et pristina forma et recentiore ex hac orta pronuntiasse — Homericorum enim carminum condicionem longe aliam atque Hesiodeorum esse vix est, quod moneam. Sed hic dicat fortasse quispiam praeter illam digammatis discrepantiam apud Hesiodum alia eiusdem varietatis exempla inveniri: genetivos sg. decl. II. duobus formis in usum venire, quae aetate multum inter se distent, terminationem enim modo — *οιο* modo *ου* sonare, item dativos pluralis terminari modo in *ῃσι*-*οισι* modo in *ῃς* (*αις*) — *οις*, nom. acc. pl. neutr. modo in ᾰ modo in ᾱ cadere (cf. Rzach. hes. Unters. p. 24) verborum in — *αω* tria formarum genera usurpari modo integras, modo assimulatas, modo contractas.

Si quis illa exempla attulerit, recte quidem dixerit, tamen ex accurata harum varietatum inquisitione apparet id quod adhuc parum cognitum est, formas illas vetustas, ut a ceteris poetis epicis, qui post Homerum fuerunt, ita ab Hesiodo fere semper in certis quibusdam versus sedibus vel in sollemnibus formulis esse servatas. Quod mea quidem sententia non est mirandum. Nam omnes illi poetae recentiores quamquam in universum carmina non lingua illa vetusta, sed ipsorum aetatis lingua componebant, tamen et singulas formulas, quae in eisdem versus locis saepe usu venirent et totos versus vel hemistichia, quae saepe in illis carminibus redirent ideoque in animis quasi insculpta essent atque ita viderentur poesis epicae propria, ut removeri non possent, summa pietate servarunt.

Ita genetivos in *οιο* plerosque in eisdem locis vel in formulis usurpari videmus apud Hesiodum atque apud Homerum.[2]) ita formas verborum in — *αω* assimulatas saepissime in formulis vel in certis versus sedibus inveniri nos bene docuit vir doct. Mangoldius (de diect. Hom. pars I cap. V.)[3])

---

[2]) De genetivorum in -*οιο* exeuntium apud Homerum usu uberius tractavit A. Leskien in annalibus, quae inscribuntur: Jahrbücher etc. 1867 p. 1 sq. Secundum eum gebetivi in -*οιο* apud Homerum inveniuntur aut in fine versus aut in caesura trochaica aut in quinto pede rarissime aliis locis. Idem cadit in Hesiodi carmina; nam ex 76 eiusmodi formis, quae in Theogonia leguntur, invenimus

42 in fine versus	12 in quinto pede
20 in caes. troch.	2 in altero pede

in Operibus et Diebus ex 35 exemplis legimus

16 in fine versus	7 in quinto pede
9 in caes. troch.	1 in altero pede
2 in quarto pede	

In Scuto Herc. ex 38 exemplis legimus

21 in fine versus	6 in caes. troch.
1 in quarto pede	9 in quinto pede
1 in primo pede.	

[3]) Mangoldius numerat septendecim formas assimulatas, sed omitto Op. 698 et Sc. 289 quod his locis alii codices aliam lectionem praebent. Ex sedecim formis assimulatis inveniuntur

6 in fine versus	4 in caes. troch.
2 in caes. semiquinaria	4 sunt reliqua et quidem omnia

in Scuto Herculis: v. 27. 234. 390. 430.

Idem fere de digammate apud Hesiodum esse statuendum et in dissertatione mea demonstrasse mihi videor et in hac commentatione ita demonstraturus sum, ut ostendam digamma omissis eis pedibus, in quibus omnino versus heroicus quandam licentiam admittit, tantum in eisdem formulis inveniri, quae iam apud Homerum digammatis vestigia contineant. Quam rem nemo mirabitur, simulac cognovit, quantum omnino Hesiodus Homeri elocutionem in nostris duobus carminibus in Operibus et Diebus atque in Scuto Herculis imitatus sit. —

Ac primum quidem de Operibus et Diebus nobis est disserendum.

DE OPERIBUS ET DIEBUS.

Prima pars (v. 1—285.

De versibus 285, quos haec prima pars continet, unus tantummodo integer ex Homero sumptus est:

93) *αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι* = τ 360, sed hunc versum iam Goettlingius recte uncinis inclusit, quod adiectus sit ab eo librario, qui in versu antecedenti *γῆρας* scripserat pro *κῆρας*:

Tum fere triginta locis facile potest intellegi Hesiodum certos quosdam Homeri locos imitatum esse.

13) *διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν* cf. Γ 32 *δίχα θυμὸν ἔχοντες.* — 18) *Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων* = Δ 166. — 52) *λαθὼν Διά τερπικέραυνον* cf. Π 232 *Διὰ δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον.* — 53) *τὸν δὲ χολωσάμενος* = Ψ 482. — ibid *προςέφη νεφεληγερέτα Ζεύς* Α 511. 517. 560 etc. — 56) *σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα* cf. Γ 50/1 *πατρί τε σῷ μέγα πῆμα ..... κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ.* — 59) *ὣς ἔφατ'* = Α 568 all. loc. — ibid. *ἐκ δ' ἐγέλασσε* = Ζ 471. — ibid. *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε* = Α 544. — 62) *ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐίσκειν* cf. Γ 158 *ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.* — 64) *ἔργα διδασκῆσαι* cf. χ 422 *ἔργα διδάξαμεν.* ibid. *ἱστὸν ὑφαίνειν* cf. Ζ 456 *ἱστὸν ὑφαίνοις* ο 517 *ὑφαίνει.* — 69) *ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἐπίθοντο* = Ψ 249. — ibid. *Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι* = Σ 118. — 95) *ἐμήσατο κήδεα λυγρά* cf. κ 115 *ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον.* — 100) *κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται* cf. ο 276 *κ. ἀ. ἀλάλησθαι* υ 206. *ἀλάληται* legitur in fine versus υ 340. — 107) *εὖ καὶ ἐπισταμένως* = Κ 265 υ 161 φ 197. — ibid. *σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν* = Α 297 Ε 259 Ι 611 Π 441 851 all. loc. — 115) *τέρποντ' ἐν θαλίῃσι* cf. λ 603 *τέρπεται ἐν θαλίῃς.* — ibid. *κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων* cf. δ 221 *κ. ἐπίληθον ἁ.* 121) *αὐτὰρ ἐπειδὴ* = Δ 124. all. loc. — ibid. *κατὰ γαῖα κάλυψεν* cf. Ξ 114 *κ. γ. καλύπτει.* — 132) *ἥβης μέτρον ἵκοιτο* cf. λ 317 *ἥ. μ. ἵκοντο.* — 142) *τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ* cf. Ρ 251 *τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.* — 152) *χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες* cf. κ 310 *χείρεσσιν ὑφ' ἡμετέρῃσι δαμέντες.* — 155) *λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο* cf. λ 92 *λιπὼν φ. ἠ.* — *λαμπρὸν .... φάος ἠελίοιο* = Α 506. — 156) *κατα' γαῖα κάλυψεν* cf. ad v. 121. — 161) *πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ* = Δ 82. — Δ 15 ω 475 (acc.) — 166) *θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε* cf. Π 502 *τέλος θανάτοιο κάλυψεν* cf. etiam Ε 68 Θ 331 Ν 420 Υ 417 Μ 116 Ξ 294 δ 180. 618 ο 118, ubi *ἀμφεκάλυψεν* in fine versus legitur. — 187) *σχέτλιοι· οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες·* cf. φ 28 *σχέτλιος· οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ'.* — 187. 188) *οὐδέ κεν*

οἵγε Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν cf. Δ 477. 478 Ρ 301. 302 οὐδὲ τοκεῦσιν θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. — 189) πόλιν ἐξαλαπάξει cf. Δ 40 γ 85 π. ἐξαλαπάξαι. Ξ 251 δ 176 π. ἐξαλαπάξας. Omnino huius verbi formae saepissime in fine versus leguntur veluti Α 129 Θ 241 Ν 813 Χ 30 ϑ 495, ante caes. troch. inveniuntur in versu Ἰλίου ἐξαλαπάξαι ἐυκτίμενον πτολίεθρον Δ 33 Ε 642 Θ 288. — 194) ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται cf. Ι 274 ἐπὶ δὲ μέγα ὅ. ὀ. Τ 113 β 377 δ 746 ε 178 κ 299. 343 v. 229. — 215) βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς cf. Π 519 βαρύθει . . . ὑπ' αὐτοῦ. — 218) παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω cf. Ρ 32 ῥεχθὲν δέ τε ν. ἔ. — 221) σκολιῇς δὲ δίκῃς κρίνωσι θέμιστας cf. Π 387 σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας. — 241) ἀτάσθαλα μηχανάαται cf. γ 207 ἀ. μηχανόωνται ρ 588 υ 170 cf. praeterea σ 143 γ 213 π 93 υ 370 all. loc. — 243) ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί = Ε 643. — 244) μινύθουσι δὲ οἶκοι = Ρ 738. — 274) σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι cf. ad υ 107. — His addo 231) μεμήλοτα ἔργα νέμονται cf. Β 614 ἔργα μέμηλεν. — 248) καταφράζεσθε καὶ αὐτοί cf. β 64 νεμεσσήθετε καὶ αὐτοί. — 251) θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες = Π 388. —

Multo autem maior est eorum versuum numerus, ubi breviores formulas, quae iam apud Homerum usu veniunt, usurpatas videmus. 4) Διὸς μεγάλοιο ἕκητι cf. υ 42 Διός τε σέθεντε ἕκητι*[4]). — cf. π 403 Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. — Διὸς μεγάλοιο eodem versus loco praetero hos locos repperi Ε 907 Ξ 417 Ρ 409 Φ 198 δ 27 λ 255. 268 π 403. — 5. 6) ῥέα μὲν γὰρ . . . . Ῥεῖα δὲ = Ρ 461. 462.* 6) ῥεῖα δ' ἀρίζηλον cf. Ο 490 ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος δ 207 ζ 108. — 8) Ζεὺς ὑψιβρεμέτης Α 354 Μ 68 Ξ 54 Π 121. 24 ψ 331. — ibid. ὑπέρτατα δώματα ναίει cf. ω 304 κλυτὰ δώματα ναίω. ε 80 δώματα ναίει*. — 11) ἐπὶ γαῖαν β 264 etc.*. — 14) κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει cf. Ρ 158 πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο*. — 15) σχετλίη· οὔτις ψ 150 σχ. οὐδ' ἔτλη*. — ibid. ὑπ' ἀνάγκης β 110 τ 156 ω 146*. — 17) νὺξ ἐρεβεννή Θ 488 Ι 477*. — (Ε 659 Ν 580 Χ 466 in IV. et V. pede). — 21) ἔργοιο χατίζων cf. ϑ 156 λ 350 μόστοιο χατίζων*. — 28) θυμὸν ἐρύκοι Ι 302 (nom.)*. — 31) ἐπηετανὸς κατάκειται cf, η 99 ἐπηετανὸν γὰρ ἔχεσκον σ 360 ἐπηετανὸν παρέχοιμι. — 32) Δημήτερος ἀκτήν Ν 322 Φ 76*. — 40) νήπιοι οὐδὲ ἴσασιν cf. Β 38 νήπιος οὐδὲ τὸ ᾔδη. — 41) μέγ' ὄνειαρ δ 444*. — 45) ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο cf. τ 7 ἐκ καπνοῦ κατέθηκ'. — 46) ἔργα βοῶν cf. κ 98 οὔ τε βοῶν . . . . . οὔ τ' ἀνδρῶν . . . ἔργα. — ibid. ἡμιόνων ταλαεργῶν δ 636 φ 23 (nompl.)*. — initio versus Ψ 654. 662 (acc. sing.) medio versu Ψ 666 (gen. sing.) — 47) φρεσὶν ᾗσιν Ν 558 κ 557*. — aliis versus pedibus saepissime invenitur. — 48) Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης Δ 59 Κρόνος ἀγκ. — 49) κήδεα λυγρά Ε 156 Σ 430 λ 369*. — 50) ἐὺς παῖς Ἰαπετοῖο Β 819. ἐ π. Ἀγχίσαο Μ 98 Ρ 491*. — 54) μήδεα εἰδώς Η 278 Ρ 325 Ω 88 β 38*. — 60) ὅττι τάχιστα Ο 146 Ψ 403. 414. ε 112 π 152. Multo saepius in Odyssea legitur ὄφρα τάχιστα in versus fine α 85 γ 421 δ 473. 737 ζ 32. 289 ϑ 434. ο 293. 61. 62) αὐδὴν καὶ σθένος Σ 419. 420 (nom.)*. — 65) χρυσέην Ἀφροδίτην Γ 64 (gen.)*. — saepius χρυσέη Ἀφροδίτη Τ 282 Ω 699 all. loc. — 68) Ἑρμεῖαν . . . . διάκτορον Ἀργειφόντην α 84*. saepissime occurrit nom. Φ 497 Ω 339. 378. 389. 410. 432. 445. ε 43. 75. 94. 145 ϑ 338 ω 99. — 70) κλυτὸς Ἀμφιγυήεις Σ 614*. — (περικλυτὸς Ἀ. Σ 383. 393. 462. 587. 590 ϑ 300. 349. 357*. —) 72) θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη Α 206 Β 116 etc.[5]) — 73) πότνια Πειθώ Α 551 π. Ἥρη multis locis*. — 74) ὅρμους χρυσείους

---

[4]) Eas formulas, quas apud Homerum eodem loco invenimus, asterisco (*) notavi.

[5]) Haec formula in Iliade undecies conspicitur, in Odyssea sexies et vicies.

ο 459 χρύσεον ὅρμον. — 75) ἄνθεσιν εἰαρίνοισιν Β 89*. — 76) Παλλὰς Ἀθήνη Δ 400. in Iliade bis et vicies in Odyssea tredecies*. — ibid. χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Ξ 187 χροῒ θήκατο κόσμον. — 77) Διάκτορος Ἀργειφόντης Φ 497 cf. ad υ 68*. — 78) αἱμυλίους τε λόγους α 56 (dat.)* — 79) Διὸς βουλῇσι Ν 524. — 81) Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Α 18 Β 13 etc.* — 82) ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν α 349 in initio versus. — 83) δόλον αἰπύν δ 843 φόνον αἰπύν. — 84) κλυτὸν Ἀργειφόντην cf. ad υ 70. — 85) ταχὺν ἄγγελον Ω 292. 310 (nom.) ο 526. — 87) πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου Ο 131*. — 90) ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων η 307. Saepius in duas formulas diremta haec verba leguntur. ἐπὶ χθονί septendecim locis apud Homerum ante caes. bucolicam invenitur, in secundo pede ω 535, in quinto pede Δ 443. — φῦλ' ἀνθρώπων γ 282 ο 409 η 307. — 91) χαλεποῖο πόνοιο φ 377 (χ. χόλοιο) cf. ψ 249. — 92) νούσων τ' ἀργαλέων Ν 667 νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ*. — 95) ἐμήσατο κήδεα λυγρά cf. ad v. 94 et v. 49. — 96) ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν Ζ 403 ἐν ὑψήλοισι δόμ*. — 97) οὐδὲ θύραζε Σ 447*. — 99) Διὸς νεφεληγερέταο Ε 631. 736. Θ 387 Ο 154 Υ 10 Φ 499*. — 104) μητίετα Ζεύς Α 175 Β 197 etc.* — 108) θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι ω 64*. — 109) γενὸς μερόπων ἀνθρώπων Α 250* γενεαὶ μ. ἀ. — ex aliis verbis pendens genetivus μερ. ἀνθ. legitur Γ 402 Ι 340 Σ 342. 490 Υ 217, v. 49*. — 110) Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες cf. ad v. 81. — 112) ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες cf. Ν 355 ἀνάλκιδα θ. ἔ. Ν 487*. — 115) ἁπάντων semper in fine versus legitur Ζ 125 Η 153 Θ 17 Ι 159 Λ 217. 626 Μ 344. 357 Ν 374 Ρ 583 Υ 243 all. loc.* — 116) ὕπνῳ δεδμημένοι Κ 2 Ω 578 δεδμημένοι ὕπνῳ. — 117) ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα δ 229 ι 357 φέρει ζ. ἄ. λ 309 θρέψε ζ. ἄ. Β 548 τέκε δὲ ζ. ἄ.* — 120) μακάρεσσι θεοῖσιν Α 599 Ε 340 Ξ 72 Ο 38 α 82 ε 186*. — 122) Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς ϑ 82*. — 123) θνητῶν ἀνθρώπων Α 339 Σ 404 etc.* — 124) σχέτλια ἔργα χ 413*. — in tertio pede ζ 483. — 125) ἐπ' αἶαν Θ 1 Ι 506 Ψ 742 Ω 695 ω 509*. — 128) Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες cf. ad v. 81. — 130) μητέρι κεδνῇ κ 8*. — 131) μέγα νήπιος Π 46*. — ibid. ᾧ ἐνὶ οἴκῳ Ζ 500 Η 127 Θ 284 etc.* — 133) ἄλγε' ἔχοντες Ε 895 (ἔχοντα)*. — 134) ὕβριν ἀτάσθαλον ω 352 ἀτάσθαλον ὕ. — 136) ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς γ 273*. — 137) ἣ θέμις ἀνθρώποισι Ι 134 (ἀνθρώπων). — 139) μακάρεσσι θεοῖς cf. ad v. 120*. — ibid. οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν Ε 404*. — 140) κατὰ γαῖα κάλυψεν cf. ad v. 121. — 143) γένος μερόπων ἀνθρώπων cf. ad v. 109*. — 140) αὐτὰρ ἐπεί saepissime eodem versus loco legitur. 148) χεῖρες ἄαπτοι Θ 450*. Ν 77 Π 244. — 149) ἐπὶ στιβάροισι μέλεσσιν Λ 669 ἐνὶ γναμπτοῖσι μ. — 153) ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο κ 512 εἰς Ἀΐδεω ἰέναι δόμον εὐρώεντα cf. ψ 322. — 157) ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ Γ 89. 195 Ζ 213 all. loc. Il., in Odyssea duobus tantum invenitur ϑ 378 ποτὶ χθ. π. — μ 191 ἐπὶ χθ. π. — 158) Ζεὺς Κρονίδης Δ 289 multisque aliis locis. — 159) θεῖον γένος Ζ 180*. — 160) κατ' ἀπείρονα γαῖαν ρ 418* Η 496 ρ 386 ἐπ' ἀ. γ.* — 162) ἑπταπύλῳ Θήβῃ Δ 406 δ 406 Θήβης ἑπταπύλοιο. — ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης ι 260 ε 174. — 165) Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο Ι 339*. — 168) Ζεὺς Κρονίδης cf. ad v. 158. — ibid. πείρατα γαίης Ξ 200. 301 δ 563*. — 170) ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες cf. ad v. 112. — 171) παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην κ 511 (dat.)* — 172) μελιηδέα καρπόν Σ 568 ι 94*. — 173) φέρει ζείδωρος ἄρουρα δ 229 ι 357*. — 180) γένος μερόπων ἀνθρώπων cf. ad v. 109. — 174) μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελλον cf. Ζ 350 ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤ.* — 184) ὡς τὸ πάρος περ Ε 806 Χ 250 β 305 etc.* — 197) ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης Π 635 κ 149 λ 52*. — 198) λευκοῖσιν φαρέεσσι Σ 353 φάρεϊ λευκῷ. — ibid. χρόα καλόν Ε 354 Ψ 805 ω 44. — 200) ἄλγεα λυγρά Ν 346 Ω 742*. — 201) θνητοῖς ἀνθρώποισί ω 64 (nom. pl.)*. — 204) φέρων ὀνύχεσσι

M 202. — 206) *πρὸς μῦθον ἔειπε* *E* 632 etc.* — 207) *δαιμονίη* *A* 561 *T* 399 etc.* — 211) *ἄλγεα πάσχει* *Y* 297*. — 212) *ὣς ἔφατ'* cf. ad v. 59. — ibid. *τανυσίπτερος ὄρνις* cf. ε 65 *ὄρνιθες τανυσίπτεροι.* — 229) *εὐρύοπα Ζεύς* *E* 265 *Θ* 442 *I* 419. 682 etc.* — 237) *φέρει ζείδωρος ἄρουρα* δ 229 cf. ad v. 117. — 238) *σχέτλια ἔργα* cf. ad v. 124. — 239) *εὐρύοπα Ζεύς* cf. ad v. 229*. — 240) *ἀπηύρα* omnes formae verbi *ἀπαυράω* in fine versus reperiuntur (saepissime in formula *θυμὸν ἀπηύρα*) praeter *A* 430 et δ 646. — 242) *μέγα πῆμα* *Z* 282 *I* 229 *P* 99 β 163. — 245) *ἄλλοτε δ' αὖτε* *Σ* 159*. — ibid. *Ζηνὸς Ὀλυμπίου* *Θ* 131. — 249) *ἐγγὺς ἐόντες* ζ 484 *ἐγγὺς . . . . ἐόντα.* — 252) *ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ* *Γ* 89 cf. ad v. 157. — 253) *θνητῶν ἀνθρώπων* cf. ad v. 139. — 254) *σχέτλια ἔργα* cf. ad v. 238*. — 255) *ἐπ' αἶαν* cf. ad v. 125. — 268) *οὐδέ ἑ λήθει* *Ψ* 323*. — 269) *ἐντὸς ἐέργει* *B* 617*. — 273) *Δία τερπικέραυνον* *Π* 232 v. 75*. — 281) *εὐρύοπα Ζεύς* cf. ad v. 229. — 282) *ἐπίορκον ὀμόσσας* *T* 260 (*ὀμόσσῃ*)*. —

Iam si volumus significare, quaenam ratio inter hanc partem nostri carminis et carmina homerica intercedat, imprimis ex instituto nostro ei versus numerandi sunt, qui exeant in hemistichia vel formulas homericas: quos paene dimidium explere videmus.. Attamen cum accuratius inquirerem, intellexi memorabilem hanc imitationem non quavis parte tantam esse, sed maxime conspici in media parte. — Et quum jam diu a viris doctis dubitatum sit, num omnes hi versus ab uno eodemque poeta sint compositi, nunc jam non dubito, quin complura carmina in unius speciem sint coacta. Quae enim inde a versu 42 usque ad v. 202 narrantur, ea cum ceteris non esse nexa quis est quin videat? At non dico istos versus interpolatos esse, sed compositos esse non ab eodem poeta, qui composuit reliquas partes, quas inter se esse conjunctas Steitzius[6]) mea quidem opinione recte demonstravit. In illis autem versibus (41—202) adeo Homeri dictionem expressam esse videmus, ut plus quam dimidia pars horum versuum in homistichia vel formulas homericas desinat (ex vv. 160 versus 85). — Itaque non est mirandum quod omnia vocabula praeter duodetriginta jam apud Homerum inveniuntur.[7])

Longe alia ceterorum versuum ratio est. Continet ea pars 125 versus (1—41, 202—285), quorum tantum tertius quisque in formulam homericam terminatur (ex 125 versibus 41). Accedit quod exstant 40 vocabula non homerica, quae statim affero, ne quis existimet, majorem hunc eorum numerum ex insolentia quadam argumenti, quam tamen in nostro carmine non parvi esse momenti jam constat, consequi. Sunt enim haec: 2) *ὑμνείουσαι* 3) *ἄφατοι* ibid. *φατοί* 5) *βριάοντα* 13) *ἐπιμωμητή* 20) *ἀπάλαμον* 23) *ζηλοῖ* 28) *κακόχαρτος* 29) *ἐπακουόν* 30) *ὤρη* 32) *ὡραῖος* 39. 219. 262) *δωροφάγους* 31) *μαλάχῃ* 201) *ἀηδόνα.* ibid. *ποικιλόδειρον.* 205) *ἐλεόν* 211) *στέρεται* 217) *ὑπερίσχει* 220) *ῥόθος* 225) *ἐνδήμοισι* 226) *παρεκβαίνουσι* 230) *ἰθυδίκῃσι* 232) *βίον* 234) *καταβεβρίθασι* ibid. *μαλλοῖς* 236) *θάλλουσιν* 240) *ἀπηύρα* — hujus verbi enim notio apud Hesiodum est alia atque apud Homerum — 241) *ἀλιτραίνῃ* 245) *φραδμοσύνῃσιν* 248) *καταφράζεσθε* 252) *μύριοι* 258) *ὀνοτάζων* 260) *γηρύετε* ibid. *ἄδικον* 268) *ἐπιδέρκεται* 276) *νόμον* ibid. *διέταξε* 281) *νήκεστον* 285) *εὐόρκου* 284) *ἀμαυροτέρη.*

---

6) »Die Werke und Tage des Hesiodus etc. von Dr. August Steitz Lipsiae 1869.

7) Hesiodi vocabula non homerica collegit Hermannus Fietkau: de carminum Hesiodeorum atque hymnorum quatuor magnorum vocabulis non homericis. Regimenti 1866.

De eadem re scripsit Paulus Schneider: de elocutione Hesiodea Berolini 1871, et ita quidem ut primum de vocabulis omnino novis, tum de vocabulis notione ab Homero discrepantibus disseruit.

Neque tamen illa prior pars inde a versu 41 usque ad 201 proprie unum carmen efficit, sed ut alii jam viderunt alterum carmen usque ad versum 106 pertinet, alterum inde usque ad 201. — Quod ut statuam me commovet, quod in illis 65 versibus non minus quam 35 versus in formulam vel hemistichium homericum exeunt. Quod tamen etiam majoris momenti esse videtur, continet hoc carmen sex tantum vocabula non homerica: 52) *νάρθηκι* 58) *ἀμφαγαπῶντες* 66) *γυιοκόρους* 79) *βαρυκτύπου* 98) *ἐξέπτη* 98) *ἐπέμβαλε*. In altero autem carmine usque ad versum 201 imitatio non minor agnoscenda est, quod inter versus 95 quadraginta sex in formulam cadunt. Sed multo minus, quam in priore parte totum genus dicendi homerico cognatum est, cum ex copia vocabulorum duo et viginti inveniantur, quae apud Homerum non exstant.

Non credo, sed certis argumentis demonstrasse mihi videor, sub unius hujus partis specie tria diversa carmina latere. Et haec mea sententia eo confirmatur, quod singula carmina ita sunt conexa, ut unum quodque etiam per se possit stare.

Quaenam ratio inter singula carmina intercedat, patet ex hac tabula:

I.	v. 1—41, 201—285	(vv. 125)	continent	vv.	in form.	ex. 41	voc.	non hom.	40.
II.	v. 42—106	(vv. 65)	»	»	»	35	»		6.
III.	v. 106—201	(vv. 95)	»	»	»	46	»		22.

Sequitur, ut in altera parte de digammate agamus.

I. Formae pronominis tertiae personae paucis tantum locis inveniuntur, ubi de Pandora ornanda narratur; omitto enim eos versus, ex quibus nihil potest colligi, ut v. 86. — v. 73 *ἀμφὶ δέ οἱ* legitur. Vivum autem digamma agnosci non potest, quod *δέ* particula ante *οἱ* non mutilata apud Homerum sexcenties invenitur *Α* 104. 188. 200 etc. Quamobrem praetereo etiam v. 76 *πάντα δέ οἱ*. — Neque v. 77 *ἐν δ' ἄρα οἱ* vivi digammatis vestigium video, nam eodem modo *ἄρα* ante *οἱ* ab Homero usurpatum est *Δ* 198 *οὐδ' ἄρα οἱ* *Μ* 351 etc. — Accusativum vero *ἑ* digammate instructum esse pro certo habere Rzachius videtur (de dial. Hes. p. 380); sed eum fugit v. 268 *οὐδέ ἑ λήθει* formulam esse Homericam. — v. 131 autem *μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ* digamma non comparet. Omitto hujus pronominis formam *ἑός*, nam eam digammate initiali olim fuisse instructam, ut Flachius putat, nullis argumentis potest demonstrari.

II. Aoristi *εἶδον* formae a vocali *ι* inchoantes tres occurrunt. Sed his quoque locis Homeri imitatio est manifesta. Nam quod legitur in v. 9 *κλῦθι ἰδών* duabus causis nihil valet. Praeterquam quod *κλῦθι* apud Homerum semper in initio versus legitur ut *Α* 37. 451 *Ε* 115 *Κ* 278 *Π* 514 *Ψ* 770 *β* 262 *γ* 55 *δ* 762 *ε* 445 *ζ* 324 *ι* 528 etc., imperativi forma in *ι* desinens nusquam elisionem patitur (cf. Hoffm. quaest. hom. § 64 b). Id quoque fortasse hunc hiatum excusat, quod in primi pedis thesi majorem licentiam in hiatu ferendo concedendam esse Hoffmannus (l. c. § 47) demonstravit.

Duo illi loci, qui restant, sunt hi: v. 21 *τίς τε ἰδών* et v. 267 *πάντα ἰδών*. *τε* particulam ita positam apud Homerum duobus locis inveni *ῥίγησέν τε ἰδών* *Δ* 279 et *νῆάς τε ἴδοι* *Κ* 14; nam longe plurimis locis, ubi in aoristi formis digamma servatum esse videtur, antecedit aut *ὑπόδρα* aut *ὄφρα* aut *θαῦμα* aut *δέ*; simillimas autem inter se esse particulas *τέ* et *δέ* nemo negabit. V. 267 *πάντα ἰδών*. Quamvis hic quoque eadem excusatio valeat, quae in v. 9 (Hoffm. § 47), tamen conferatur simillima formula, quae apud Homerum saepius occurrit: *ἄντα ἰδών*

cf. *P* 305. 334. 526 *X* 274 etc. — Neque ceterae formae radicis ϝιδ certum digammatis vestigium praebent. v. 40 νήπιοι οὐδὲ ἴσασιν. — hanc enim lectionem in optimis codicibus invenimus. Sed praeterea quod hujus enuntiati quasi exemplar est *B* 38 νήπιος οὐδὲ τὸ ᾔδη, saepius forma ἴσασι eadem versus sede cum hiatu legitur ideoque nos quidem hic noster hiatus non offendit cf. β 211 ϑ 559 ω 188. — Reliquis locis digamma non comparet: v. 63 παρθενικῆς καλὸν εἶδος v. 187 ὄπιν εἰδότες.

III. In voce ἔργον et similibus digamma ab Hesiodo persaepe neglectum est. Elisio enim facta est v. 28 ἀπ' ἔργου, v. 35 ὧδ' ἔρδειν 136 οὐδ' ἔρδειν et correptio conspicua v. 119 ἥσυχοι ἔργ'. Nam quamquam v. 28 et v. 119 Flachius mutasse ἀπὸ ἔργου et ἥσυχα ἔργα haud ignoro, tamen quod et omnes fere codices hanc nostram lectionem praebent neque quisquam alius eum secutus est, diutius in hac re commorari non est opus.

Ubi autem omnes consentiunt de digammate hujus vocis, ego vivi digammatis vestigium nullum esse puto, quum hiatus semper sit in formulis homericis. Nam ἐπὶ ἔργον (v. 20) legitur ξ 65. 195 etc. σχέτλια ἔργα (124) invenitur ι 295 χ 413 ξ 83. Et quum omnino similes formulae multae apud Homerum inveniantur (cf. e. g. ἀεκήλια ἔργα *Σ* 77 ἀμήχανα ἔργα *Θ* 130 *Λ* 310 ἄντιτα ἔργα *Ω* 213 ρ 51. 60), imitatio etiam v. 231 μεμηλότα ἔργα agnoscenda est. De formula homerica ἡμιόνων ταλαεργῶν (v. 46) supra diximus. Mitto v. 21 ἰδὼν ἔργοιο et v. 64 ἔργα διδασκῆσαι.

IV. Duarum formarum, quae ad radicem ϝεπ pertinent altera v. 186 χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι digamma non demonstrat, altera v. 86 ἔειπε apud Homerum millies legitur. — Formulam autem πρὸς μῦθον ἔειπε v. 206 omitto; patet enim eam ex Homero esse sumptam cf. *B* 156 *E* 632 *Z* 381 *H* 46.

V. Vocis οἶκος certum digammatis signum non repperi. V. 132 ᾧ ἐνὶ οἴκῳ formulam homericam esse jam supra vidimus. Idem valet de v. 244 μινύθουσι δὲ οἶκοι. — v. 150 χάλκεοι δέ τε οἶκοι speciem quidem digammatis prae se fert, quod hiatum illicitum in pede quinto esse concedendum est: tamen digamma agnoscere non possum, quod apud Homerum si non τέ at δέ saepius ante vocem οἶκος aliasque formas ejusdem radices usurpatum est, ut α 248 etc. —

VI. Constat vocabulum ἦθος olim digammate instructum fuisse (Curtius Grundz.[4] p. 251), sed nullum huius vocis vestigium digammatis comparet his locis (vv. 67. 78) ἐπίκλοπον ἦθος — duo versus ob digamma neglectum a Flachio pro spuriis habentur. — 137. κατ' ἤθεα. — Duobus autem locis v. 167 βίοτον καὶ ἤθεα et v. 222 πόλιν καὶ ἤθεα producitur particula καί, quod et Flachio et Rzachio manifestum digammatis testimonium esse videbatur. Sed recte nos docet Hermannus (Orph. p. 727. 728) in quarta sede saepius apud Homerum particulam καί vel ante vocalem — et imprimis quidem ante vocalem η, cujus rei causam accuratissime explicavit Hartelius (hom. Stud. II 364) — non corripi, ut *Γ* 392 β 230 ε 8. Praeterea cum priore loco v. 167 conferre liceat γ 301 βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων. Certum igitur digammatis indicium illa productio judicari non potest.

VII. Deinde tribus locis legitur formula: ἠέρα ἑσσάμενοι (-μένη) vv. 125. 223. 235. Quamquam autem constat hoc verbum olim digammate initiali praeditum fuisse, nova argumenta ex his locis peti non possunt. Hiatus enim est tolerabilis in fine pedis primi atque saepius simillimae formulae in eadem versus sede apud Homerum videntur: ἠέρα ἑσσαμένω *Ξ* 282 τεύχεα ἑσσαμένω *Ψ* 803. εἵματα ἑσσάμενος β 3 δ 608 υ 125.

VIII. Singulos illos versus nunc recenseamus, quibus ἔκητι ἑκών, ἔτεα, εἰάρινος inveniuntur. Versus 4 exit in Διός μεγάλοιο ἕκητι (cf. Curt. Grundz.[4] 135). Sed genetivum in -οιο desinentem non elidi Hoffmannus (quaest. hom. p. 85) docet. Versus 282, ubi legitur ὅς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκών, nobis quidem offensionem non praebet. — Flachius mutat μαρτυρίῃσι ἑκών. — Versu 130, quem Flachius damnat, quum sit inter voces παῖς et ἔτεα caesura semiquinaria, de digammate nihil colligendum est. Videbatur autem multis v. 173 digammatis vestigium esse τρὶς ἔτεος. Sed etiamsi certum sit hoc nomen proprie ϝέτος fuisse (cf. Curt.[4] 203), tamen ne ex Homeri quidem carminibus hoc demonstrari potest. Itaque miram illam productionem malo inde explicare, quod τρίς in prima arsi, quam maioris momenti esse constat, posita sit. Praeterea fere semper in eadem versus sede apud Homerum haec particula legitur (cf. *E* 436. 437 *Z* 435 *Θ* 169. 170 *Λ* 462. 463 etc. Idem fere statuit Passovius (Lex. Gr. 1974). Restat v. 75, ubi legitur ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν. Sed quum idem inveniatur *B* 89, non est de digammate vivo cogitandum, etiamsi cum Flachio ν paragogicum deleatur.

IX. Denique uno numero comprehendo vocabula, quae pertinent ad radices ϝελπ et ϝικ (cf. Curt.[4] 648). Forma ἔολπα in v. 273 (οὔπω ἔολπα) digamma non praebet et idem de v. 235 γυναῖκες ἐοικότα statuendum est, nam Flachii violentissimam mutationem probare non possum. — Paullo aliter se habet verbum ἐίσκω, quod ad eandem radicem ϝικ pertinere videtur (cf. Curt. l. l.) Legitur enim v. 62 εἰς ὦπα ἐίσκειν cum hiatu in quinto pede. Sed num hoc verbum hoc nostro loco digammate egeat dubito. Nam praeter simillimam illam formulam, quam supra attulimus, conferatur πάντα ἐίσκω *E* 181 in eadem versus sede.

Restat ut singula quaedam proferam, quae commemoratione digna videantur.

1) v. 61. γαῖαν ὕδει φύρειν. Apud Homerum semper altera dativi forma usurpata est et in nostro carmine formae ad radicem ὕδατ — pertinentes leguntur vv. 596. 737. 739. (cf. Rzach de dial. Hes. p. 416.)

2) v. 63 παρθενικῆς κᾰλὸν εἶδος scriptum est. Forma κᾰλός correpta priore syllaba apud Homerum nusquam comparet. Invenitur etiam theog. 585 et hymn. in Ven. 29. 261[8]).

3) v. 68. est in verbis ὥς ἔφαθ' summae offensioni, quod post orationem obliquam apud Homerum nusquam inveniuntur.

4) v. 191. est singularis forma ὕβριν pro ὑβριστήν, cuius analogiam apud Homerum non repperi.

5) Verborum in εω desinentium non pauca apud Homerum pro ε diphthongum ει interdum assumunt cf. *Δ* 255 *ζ* 234 *Φ* 283. Eandem rationem secutus est Hesiodus in verbo ὀμνείω v. 2, quod in Homeri carminibus non exstat.

6) v. 22 legitur ἀρώμεναι sive ut alii volunt ἀρόμμεναι, quod unicum est exemplum in lingua Graeca nobis traditum, quo verbum in -οω exiens hac terminatione infinitivum formet. (cf. Buttm. Gr. gr. I. 439 II. 9).

7) vv. 248. 263 legitur vocativus βασιλεῖς. Apud Homerum esset secundum nominativum βασιλῆες[9]), sed *λ* 151 ἱππεῖς occurrit, quod num Bekkerus iure mutaverit in ἱππῆες du-

[8]) Rzachius quidem dicit (hes. Unters. p. 32) notum esse apud Homerum priorem syllabam vocis καλός interdum corripi, sed quibus locis id factum sit nos non docet.

[9]) Hanc formam etiam nostro loco cum synicesi legi vult Rzachius de dial. Hes. p. 406.

bito. Posteriorem declinandi rationem poeta secutus esse videtur in formis *κεραμεῖ* v. 25 et *βασιλέων* v. 261. Sed illius formae *κεραμεῖ* similis est, quae apud Homerum legitur *Πηλεῖ* Ω 61, *Πορθεῖ* Ξ 115 *Ἀχιλλεῖ* Ψ 792. *βασιλέων* autem apud Homerum nusquam occurrit, neque alia similis forma.

II. Altera pars (v. 286—382).

De huius partis 97 versibus primum duo ex Homero ita sunt recepti, ut parva mutatio facta sit. Sunt enim hi:

317) *αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει* = ρ 347 (*κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι*)

318) *αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν* = Ω 44. 45 (*αἰδώς Γίγνεται ἥτ'* . . .)

Duos autem versus ab interpolatore quodam insertos esse et antiquis et recentioribus temporibus iure putatur.

Deinde paullo maior est numerus eorum versuum, qui aut ad exemplar cuiusdam loci homerici sunt compositi aut consuti ex diversis hemistichiis formulisque homericis:

298) *ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς* cf. E 818 *σέων μέμνημαι ἐφετμέων.* — 313) *ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ* cf. P 251 *τιμὴ κ. κ. ὀ.* — 336) *ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν* cf. λ 132 *ἔρδειν ἱέρας ἑκατόμβας ἀθανάτοισι θεοῖσιν* γ 159 *ἐρέξαμεν ἱρὰ θεοῖσιν.* — 337) *ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν* O 373 *κατὰ πίονα μηρία καίων* δ 764 *κατὰ πίονα μηρί' ἔκηεν.* — 340) *κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν* Π 266 *κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες.* — 367) *ἅ σε φράζεσθαι ἄνωγα* ρ 279 *τάδε σε φρ. ἄ.* —

Denique breviores formulas addo.

288) *λειὴ ὁδός* κ 103 (acc.) — ibid. *ἐγγύθι ναίει* η 29*. — 291) *εἰς ἄκρον ἵκηται* Ψ 339 (*ἱκέσθαι*)*. — 292) *χαλεπή περ ἐοῦσα* v. 271 *χαλεπόν περ ἐόντα.* — 299) *δῖον γένος* I 538. — 300) *ἐυστέφανος Δημήτηρ* ε 125 (*ἐυπλόκαμος Δ.*) σ 193 *ἐυστέφανος Κυθέρεια.* — 309) *φίλτερος ἀθανάτοισιν* Υ 334*. — 315) *ἀεσίφρονα θυμόν* φ 302 (dat.)*. — 316) *ὥς σε κελεύω* κ 516*. — 325) *μινύθουσι δὲ οἶκοι* P 738*. — 326) *ὄλβος ὀπηδεῖ* P 251 (*κῦδος ὀ.*)* — 331) *κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ* Ω 487 *ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.* — 332) *χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν* κ 70 (*μαλακοῖσι*)*. — 334) *ἀμοιβήν* ζ 521 μ 382 γ 58 α 318*. — 335) *ἀεσίφρονα θυμόν* cf. ad. v. 315*. — 338) *ἱλάσκεσθαι* A 386*. — cf. Z 380. 385 A 72. — 343) *ἐγγύθι ναίει* cf. ad. v. 288. — 346) *μέγ' ὄνειαρ* δ 444*. — 347) *ἔμμορε τιμῆς* A 289 O 189 λ 337 in fine versus. — 350) *αἴκε δύνηαι* Z 229 (*ὅνκ δ.*)*. — ibid. *καὶ λώιον* ψ 109*. — 352) *κακὰ κέρδεα* ψ 217*. — 358) *ὃν κατὰ θυμόν* N 8 α 4 ε 444* etc. — 359) *ἀναιδείηφι πίθησας* φ 315 *βίηφί τε ἧφι πίθησας**. — 360) *φίλον ἦτορ* Γ 31 in fine versus duodecim locis Il. duodeviginti locis Od. invenitur. Saepius *φίλον τετιημένος ἦτορ* α 144 β 298 σ 153. In altero pede α 60 ψ 53. — 363) *αἴθοπα λιμόν* A 462 Δ 259 E 391 Z 166 Ξ 5 Π 226. 230 etc. (*αἴθοπα οἶνον*)*. — cf. κ 152 *αἴ. καπνόν.* — dativus saepissime in formula *αἴθοπι χαλκῷ* legitur Δ 495 E 562. 681 N 305 P 3 etc. — 370) *μισθὸς . . . . ἄρκιος ἔστω* K 304 (*ἔσται*). — 373) *ἐξαπατάτω* huius verbi formas in fine versus repperi: I 371 ν 277. — 377) *ἐν μεγάροισι* A 418 etc.* — 379) *ἄσπετον ὄλβον* B 455 Ψ 127 Ω 184 (*ἄ ὕλην*) T 373 Σ 165 (*ἄ. κῦδος*)*. — 381) *φρεσὶν ᾗσιν* B 213 Λ 794 N 609 N 558 ε 74 κ 557 etc.* — ibid. *θυμὸς ἐέλδεται* ο 66. — 382) *ὧδ' ἔρδειν* ζ 258. — ibid. *ἔργον . . . . ἐργάζεσθαι* χ 422 (*ἔργα*). —

Si eos numeraverimus versus, qui in formulam vel hemistichium homericum exeunt, inveniemus quartam partem omnium versuum eis expleri. Sunt enim ex versibus 97 fere vi-

ginti sex. Atque in universum huius partis auctorem ab anxia Homeri imitatione abstinuisse negari non potest. Nam vocabula non homerica circiter quadraginta quatuor inveniuntur.[10]) — Propterea non est mirum quod pauca digammatis vestigia occurrere videntur.

I. Duae formae pron. poss. ita sunt positae, ut sit hiatus. v. 328 et 358. Sed digamma neglectum est altero loco 358 *τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν* et ex versu 328 *ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ*, etiamsi cum Flachio huic pronominis formae digamma tribueremus, de digammate nihil est concludendum, quod genetivi in *-οιο* desinentes non eliduntur.

II. Saepissime in nomen *ἔργον* incidimus, sed plurimis locis digamma neglectum videmus. Legitur enim v. 306 *σοὶ δ' ἔργα.* v. 382 *ἐπ' ἔργῳ.* — Si quis affert eodem versu *καὶ ἔργον*, quod *καί* particula non corripitur, nobis quidem nullam offensionem praebet. Nam praeterea quod is, qui hunc versum 382 composuit, iam inconstantia sua ipse prodidit digamma sibi ignotum fuisse, vox *καί* ante *ἔργον* eodem modo legitur apud Homerum *Σ* 473 *ζ* 259 *η* 26. Neque restitutio digammatis fieri potest in verbi *ἐργάζομαι* aut *ἔρδω* formis. Scriptum enim videmus *ὧδ' ἔρδειν* (382) *δ' ἔρδειν* (336) *τοῦτ' ἔρδοις* (362) *τ' ἐργαζόμενος* (309) *εἰ δέ κεν ἐργάζῃ* (312). Idem cadit in v. 327 *κακὸν ἔρξῃ.*[11]) Duobus tantum locis vestigium digammatis comparere videtur. Sed altero v. 314 *τὸ* antecedit — quod num recte mutaverit in *τῷ* Schoemannus dubito, — qui hiatus offendere non potest (cf. Hoffm. qu. hom. § 62 a), altero v. 382 *ἔργῳ* in thesi quarta sequente caesura bucolica positum est, qua hiatus satis excusatur (Hoffm. § 47). Praeterea hunc versum interpolatum esse verisimillimum est. Omisi eos versus (ut v. 308), ex quibus omnino nihil erui potest.

III. Versus 332 exit in *καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.* Sed idem apud Homerum inveniri iam supra diximus. Praeterea v. 295 *εὖ εἰπόντι* satis superque excusatur caesura semiseptenaria. Neque tamen simillimae formulae desunt *εὖ εἴπω, εὖ εἴπῃ* aliae: *Ξ* 127 *α* 302 *γ* 200 *φ* 175. 339.

IV. Deinde legitur v. 325 in formula homerica *μινύθουσι δὲ οἶκοι.* Aliis locis digamma vocis *οἶκος* non repperi v. 364 *εἰν οἴκῳ* — hanc enim lectionem cum Koechlyo conservo — 376 *πατρώιον οἶκον.*

His pauca addam, quae a consuetudine homerica abhorrere videantur.

1) v. 289 *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοί* etc. Semper ab Homero altera acc. forma *ἱδρῶ* veluti *Κ* 572 *Δ* 27 *Φ* 561 usurpatur, sed comparetur *χρῶτα* *σ* 172. 179. Nam pro *γέλωτα* *υ* 8. Bekkerus recte scripsit *γέλον.*

2) V. 354 bis legitur forma *δῷ.* Homerus adhibet *δώῃ, δώῃσιν, δῷσιν.* Illa autem conformata esse videtur ad exemplar formae *γνῷ* *Α* 411 *Π* 273.

3) Memorabilem formam *προςεῖναι*, quae est v. 353 affero, cuius exemplar apud Homerum non invenitur, si ut Goettlingius de verbo *εἶμι* derivamus. Sed mea quidem sententia non est, cur hanc formam non de verbo *εἰμί* derivemus, quum notio »adiuvare« optime quadret. (cf. quod nuper de hac forma dixit Rzachius de dial. Hes. p. 457).

---

10) Fietkau non 44 vocabula enumerat sed 39. Omisit enim 345) *ἄζωστοι* 369) *μεσσόθι* 374) *κωτίλλουσα* 378) *γηραιός* ibid. *ἐγκαταλείπων.*

11) Paene omnes hos versus a Flachio damnari haud ignoro, tamen silentio praeterire nolui.

4) Contra usum homericum conformata sunt vocabula *δώς* (*υ* 356) et *ἅρπαξ* (ibid.) Nam apud Homerum leguntur *δόσις* (*κ* 213) et radicis *ἁρπαγ-* formae modo inveniuntur hae *ἁρπάζω* et *ἁρπακτήρ* *Ω* 262. Sed simili modo formatum est *ἕλιξ*, cuius casus obliqui saepissime occurrunt.[12]) —

III. Tertia pars (v. 383—617).

Ex versibus 234 huius partis unus tantummodo integer esse Homero sumptus est:

615) *Πληϊάδες θ' Ὑάδες τε τό τε σθένος Ὠρίωνος* = *Σ* 485.

Neque eorum versuum numerus magnus est, quibus certi versus vel hemistichia homerica expressa sunt. Quod cadit in hos versus:

437) *τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν* cf. *E* 738 *τῶν τε σθ. οὐκ ἀ.* *H* 257 *σ* 373. — 390) *πόντου κυμαίνοντος* cf. *δ* 570 acc. — ibid. *ἀπόπροθι πίονα χῶρον* cf. *ι* 35 *ἀ. π. οἶκον.* — 394) *ἔργα κομίζεσθαι* cf. *Z* 490 *ἔργα κόμιζε.* — 403) *ἐπέων νόμος* cf. *Υ* 249 *ἐπέων δὲ πολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα.* — 404) *ἀλλά σ' ἄνωγα φράζεσθαι* cf. *ρ* 279 *τὰ δέ σε φράζεσθαι ἄνωγα.* — 446) *σπέρματα δάσσασθαι* cf. v. 216 *κτήματα δ.* — 453) *ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν* cf. *λ* 146 *ῥ. τοι ἔπος ἐρέω.* — 456) *νήπιος οὐδὲ τόγ' οἶδ'* cf. *B* 38 *νήπιος οὐδὲ τὸ ᾔδη.* — 471) *εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη* imitatur illud homericum *T* 256 *φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.* — 483) *Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο* cf. *O* 242 *Διὸς ν. αἰ.* *P* 176 *ω* 164 (acc. *νόον*) *Ξ* 160. 252 *ε* 103. 137. — 500) *ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει* cf. *ρ* 347 *αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.* — 506) *δυςηλεγεές τελέθουσιν* cf. *Φ* 465 *ζαφλεγέες τ.* — 510) *οὔρεος ἐν βήσσῃς* *Γ* 34 *Ξ* 397 *Π* 634. 766. — ibid. *πιλνᾷ χθονὶ πουλυβοτείρῃ* cf. *Ψ* 368 *χθονὶ πίλνατο π.* — *χθονὶ πουλυβοτείρῃ* semper in fine versus aut cum praepositionibus *ἐπὶ ἐνὶ ποτί* invenitur ut *Γ* 89, 195 *Z* 213 *Θ* 73 *M* 158 *μ* 191 *ϑ* 378 aut sine praepositione *Θ* 277 *M* 194 *Π* 418. — 522) *λοεσσαμένη . . . . λίπ' ἐλαίῳ* cf. *K* 577 *λοεσσαμένω . . . . λ. ἐ.* — 525) *ἤθεσι λευγαλέοισιν* cf. v. 203 *ἄλγεσι λ.* — 531) *ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν* cf. *T* 213 *μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλεν.* — 532) *πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσιν* cf. *κ* 283 (*ἔχοντες*). — 543) *πρωτογόνων δ' ἐρίφων* cf. *Δ* 102 *ἄρνων πρ.* — 555) *νέφος ἀμφικαλύψῃ* *Ξ* 343 (*ν. ἀμφικαλύψω*). Formae huius verbi semper apud Homerum in fine versus comparent cf. *B* 262 *Ψ* 91 *ν* 152. 158. 177 *ε* 493 *ζ* 349 *ψ* 17 *ϑ* 569 *ϑ* 521 *ν* 183 v. 86. — 569) *ἔαρος νέον ἱσταμένοιο* = *τ* 519. — 583) *δενδρέῳ ἐφεζόμενος* *Γ* 152 (*δι ἐφεζόμενοι*). — ibid. *λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν* *μ* 183 *λ. ἔντυνον ἀ.* — 593) *κεχορημένον ἦτορ ἐδωδῆς* cf. *ε* 95 *ἤραρεν θυμὸν ἐδωδῇ.* — 604) *κύνα καρχαρόδοντα* cf. *K* 360 *καρχαρόδοντε δύω κύνε.* — 609) *ἐς μέσον ἔλθῃ Οὐρανόν* cf. *Θ* 68 *μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει.* — 614) *δῶρα Διωνύσου* cf. *ω* 74 *Διωνύσοιο δὲ δῶρον.* — 484) *ἄνδρεσσι καταθνητοῖσι* *κ* 439. 440 *καταθνητοῖσι . . . . ἄνδρεσσιν.* — 592) *πρωτογόνων τ' ἐρίφων* cf. ad v. 543. —

Denique breviores formulas homericas repperi hasce:

386) *περιπλομένου ἐνιαυτοῦ* *α* 16 *λ* 247 etc. (gen. pl.)*. — 389) *ἄγκεα βησσήεντα* *δ* 337 *ἀ. ποιήεντα* cf. *X* 190 *διὰ δ' ἄγκεα καὶ διὰ βήσσας.* — 399) *θυμὸν ἀχεύων* *E* 869*. *φ* 318. — 402) *πολλ' ἀγορεύσεις* *σ* 339 (*ἀγορεύεις*)*. — 410) *ἐς τ' αὔριον* *Θ* 538 *λ* 351. — 414) *μένος ὀξέος ἠελίοιο* *Ψ* 190 *κ* 160. 498 *μένος ἠ.* — 428) *κατ' ἄρουραν* *Λ* 68*. — 432) *κατὰ οἶκον* *Z* 56 *τ* 18. 67. 195. 536 *ω* 272*. — 438) *ἥβης μέτρον* *Λ* 225 *λ* 316 *σ* 217 *τ* 532. — 444) *ἐπὶ ἔργῳ* *Λ* 258 etc. — ibid. *μεθ' ὁμήλικας* *π* 419 cf. *I* 54. — 447) *μεθ' ὁμήλικας* cf. ad v. 444. —

---

[12]) cf. de his vocabulis Lobeck. Paralipom. p. 87 sq. p. 131. 141. 145. 166.

452) ἕλικας βοῦς Σ 524 φ 448 Ψ 166 etc. ibid. ἔνδον ἐόντας ζ 51*. — 465) Δημήτερί θ' ἁγνῇ ε 123 Ἄρτεμις ἁγνή. — 466) Δημήτερος ἀκτὴν Λ 631 Ν 322 β 355 ζ 429. — 472) θνητοῖς ἀνθρώποις Α 339 (gen.) — 479) χθόνα δῖαν Ω 532. — 486) ἐν πετάλοισι τ 520. — 487) ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ρ 386 Η 446 Ω 342 α 98 ε 46 ο 79 τ 107 (κατ' ἀ. γ.) ρ 418*. — 490) ἰσοφαρίζοι Ι 390*. — 491) μηδέ σε λήθοι Ψ 323 (οὐδέ ἑ λήθει.) — 497) χειρὶ πιέζῃς Π 510 (ἐπίεζε). — 505) τοῦτον ἀλεύασθαι cf. μ 159. 269. 274 (νῆσον ἀ.)* ibid. ἐπὶ γαῖαν Ψ 226 β 364 γ 417 etc.*. — 507) εὐρέι πόντῳ α 197 Ν 4 Ξ 227*. — 508) γαῖα καὶ ὕλη ε 398*. — 509) δρῦς ὑψικόμους Ψ 118. — 518) ἲς ἀνέμου Ο 383. — 520) φιλῇ παρὰ μητέρι ο 127 (μητρί). — 521) ἔργ' εἰδυῖα ν 289 ο 418 π 158. — ibid. πολυχρύσου Ἀφροδίτης δ 14 χρυσέης Ἀ. — 522) τέρενα χρόα Δ 237. — 524) ἤματι χειμερίῳ Μ 279*. — 527) ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε ζ 3*. — λ 14 (nom.) — 529) καὶ τότε δὴ Α 90* all. loc. — 534) ἐπὶ νῶτα Β 308. — 535) τῷ ἴκελοι cf. Λ 467 (ἰκέλῃ) Σ 591 Π 11 Ω 758. — 536) ἔρυμα χροός Δ 137. — ibid. ὥς σε κελεύω κ 516*. — 537) τερμιόεντα χιτῶνα τ 242*. — 541) βοὸς ἶφι κταμένοιο Γ 375*. — 547) Βορέαο πεσόντος ζ 475*. — 544) ἐπὶ νώτῳ Ν 289 (ἐνί)*. — 548) ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος Τ 130 υ 113*. cf. Ε 769 Ζ 108 Θ 46. — ibid. ἐπὶ γαῖαν cf. ad v. 505. — 551) ἀνέμοιο θυέλλῃ κ 54*. — 552) ποτὶ ἕσπερον cf. α 422 δ 786 σ 304 (ἐπὶ ἕ.) — 553) νέφεα κλονέοντος Ψ 213 (κλονέοντε)*. — 554) οἶκόνδε νέεσθαι Β 290. 354. 357 Τ 390 Ψ 229 α 17 ζ 110 π 350*. — 561) τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν Τ 32 δ 86 κ 467 ξ 292 ο 230 (τελεσφόρον εἰς ἐ.)*. — 562) νύκτας τε καὶ ἤματα Ε 490 (ν. τ. κ. ἦμαρ). — 564) μετὰ τροπὰς ἠελίοιο ο 404 (τροπαὶ ἠ.) — 566) ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο Π 151 (ῥ. Ὠ.) cf. Λ 726 ἱερὸν ῥόον Ἀλφειοῖο*. — 570) ὣς γὰρ ἄμεινον Α 217*. — 577) ἄρκιος εἴη Κ 304 (ἀ. ἔσται) σ 357. — 592) αἴθοπα . . . οἶνον Α 462 Δ 259 Ε 341 etc.* — 594) ἀκραέος Ζεφύρου β 421 (acc.) — 597) Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν cf. ad v. 466. — 598) σθένος Ὠρίωνος Σ 486*. — 599) ἐυτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ Υ 496 Φ 77 ω 226 (ἐυκτιμένῃ ἐν. ἀ.) — 600) ἐν ἄγγεσιν ι 248*. — 607) αὐτὰρ ἔπειτα saepissime. ibid. βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν Η 333*. — 608) φίλα γούνατα Ι 610 Κ 90 Χ 338. (φ. γούνατ'.) — 610) ῥοδοδάκτυλος ἠώς Α 477 Ζ 175 Ι 703 Ψ 109 Ω 788. In Odyssea septendecim locis legitur.

Omnino autem vix quartus quisque versus huius partis in formulam homericam desinit (ex vv. 234 circiter 57). Sed quantopere haec pars a sermone homerico recedat, maxime inde apparet, quod illa quidem circiter 130 vocabula non homerica continet. Neque omnia vocabula tantum valent in hac parte, quantum in prioribus. Nam haec pars magis quam illae argumento ab Homero distat. In hac enim sua ipsius tempora describit, agricolam docet. Itaque permulta vocabula exstant, quae apud Homerum inveniri vix possint. Idem cadit in quintam partem, qua poeta dies festos atque boni aut mali ominis tractat. His autem vocabulis,[13]) quorum rationem atque condicionem iam exposui, omissis restant 117 vocabula, quae apud Homerum non videntur,[14]) ita ut in binis versibus unum inveniatur. Itaque huius partis condicio est fere eadem atque secundae.

---

[13]) Sunt enim mea quidem opinione haec: 423) ὕπερον. 425) ὀκταπόδην. 426) τρισπίθαμον ibid. δεκαδώρῳ. 441) τεσσερακονταετής. 442) τετράτρυφος ibid. ὀκτάβλωμον 446) ἐπισπορίην. 467) ἐχέτλης. 469) ἔνδρυον 490) ὀψαρότης ibid. πρωτηρότῃ. 504) χουδόρα.

[14]) Longum est omnia enumerare. Fietkau affert 109, omisit enim haec: 394) μέταζε. 401) λυπῇς. 451) ὀμβρηροῦ. 514) δασυστέρνων. 529) νήκεροι. 548) ἠῷος. 578) ἀπομείρεται. 588) αὐάλεος. 598) δινέμεν.

Quae quum ita sint, nemo mirabitur, quod perpauca digammatis vestigia in hac parte leguntur.

I. Iam ante pronominis III pers. formam οἱ correptio particulae γάρ in v. 526 οὐ γάρ οἱ[15]) ab usu Homerico alienissima est. Nam quamquam vulgo breves syllabae in consonam desinentes initiali vocis insequentis digammate non producuntur (cf. Hoffm. quaest. hom. II. p. 68), tamen in pronomine οἱ et in vocibus ad radicem ϝιδ pertinentibus littera illa positionem efficit. (cf. Hartel. Hom. Stud. III 72.) Itaque Hermannus (Orph. pag. 780) οὐδέ οἱ pro οὐ γάρ οἱ scribi vult. Sed haec sententia mihi refellenda esse videtur. Primum enim quum ante vocem οἱ hiatus sit usitatissimus apud poetas epicos, difficile est intellectu, cur librarii hoc loco, si οὐδέ οἱ legissent, ita offendissent, ut verba mutanda esse arbitrarentur. Deinde omnes codices hoc loco consentiunt. Tertium autem si ex usu Hesiodeo aliquid concludere liceat, iam supra demonstravimus nullo loco certum digammatis signum inveniri. Itaque ne illud quidem concedendum est, quod Goettlingius in annotatione huius loci dicit »correptam γάρ syllabam ante οἱ, quod habeat digamma, indicium esse serioris aetatis.« Neque Flachio assentiri possum, qui Steitzium secutus hunc versum praecipue ob digamma neglectum esse additicium censet. Nam si ob eam causam aut quod aliquid aliud prosodicum metricumve nos offendit aliquem versum apud Hesiodum pro spurio habendum esse censeamus: haud multum abest, quin evanescat Hesiodus.

Vix est quod addam in pronomine possessivo digammatis vestigium nullum esse v. 524 ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

II. Formae quae ad radicem ϝιδ pertinent, duo tantummodo reperiuntur altera v. 456 νήπιος οὐδὲ τόγ' οἶδ'. Quamquam hoc loco offensio, quam elisio nonnullis praebuit, tollitur, si Hermannum, qui proposuit τὸ οἶδ', sequimur tamen de digammate nihil colligi potest, quod totum locum ex Homero fluxisse supra demonstravi. Altera quoque forma v. 521 ἔργ' εἰδυῖα in formula homerica usurpata est, ideoque ne tum quidem de digammate cogitari potest, quum ut plurimi recentiores editores ἔργα ἰδυῖα scribimus.

III. Saepius in hac parte occurrit nomen ἔργον. Sed his locis digamma huius vocis prorsus neglectum est: v. 409 μινύθῃ δέ τοι ἔργον. v. 412 μελέτῃ δέ τοι ἔργον. v. 422 ὥριον ἔργον. v. 579 προφέρει δὲ καὶ ἔργου. Quatuor autem locis (vv. 440. 444. 521. 554) particulae quaedam ita formam ἔργον antecedunt, ut sit vocalium concursus et digammatis vestigium servatum esse videatur. Sed τόδε ἔργον legitur apud Homerum Κ 303 ξ 66. Saepius etiam τάδε ἔργα in fine versus Β 252 Δ 14 Θ 9 etc. Item ἐπὶ ἔργῳ apud Homerum invenitur Λ 258 π 111 Δ 175. — v. 521 οὔπω ἔργ' a consuetudine homerica abhorret, sed vocalis ω in thesi non correpta certum digammatis vestigium non est (cf. Hartel. stud. Hom. II. 25 sq.) Restat unus locus v. 554 τὸν φθάμενος ἔργον τελέσας, cuius exemplar apud Homerum non repperi. Sed bene Rzachius, qui hoc quidem loco digamma esse servatum censet, demonstravit (hes. Unters. p. 27) earum vocum, quae in tres breves syllabas exeant, extremam solo arsis impetu produci. Idem iam prius docuit Ahrensius (Philol. IV. p. 592 sq.) —

---

15) Hunc locum apud Rzachium non repperi.

Reliquis locis neque hiatus neque productiones ante hanc vocem sunt, sed elisiones et correptiones. v. 454 *παρὰ δ' ἔργα* 494 *ἄνερας ἔργων* 578 *ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο*.

IV. Formae quae ad radicem *Ϝεπ* spectant tres inveniuntur, quarum una ne vestigium quidem digammatis ostendit v. 453 *ῥηίδιον γὰρ ἔπος*. Eodem versu pergitur *ἔπος εἰπεῖν*. Neque hoc loco certum digammatis indicium agnoscendum est, nam praeterea quod apud Homerum eadem formula comparet *χ* 392 *ὄφρα ἔπος εἴπωμι* productio illa in vocabulo *ἔπος* satis caesura semiquinaria excusatur. Idem cadit in versum 403 *ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων*.

V. In voce *οἶκος* illos locos praetereo, ex quibus nihil potest erui, ut v. 395 *ἀλλοτρίους οἴκους*, v. 407 *εἰν οἴκῳ*, 523 *ἔνδοθι οἴκου*, 601 idem. V. 428 mihi quidem lectio vulgaris *εἰς οἶκον* tenenda esse videtur, quod idem legitur *Ζ* 490 *α* 356 *φ* 350. — Iam uno loco v. 432 sollemnis formula homerica legitur *κατὰ οἶκον*; erat enim ex Homero nota cf. *Ζ* 56 *τ* 18. 67. 195. 536. *ω* 272. Invenitur deinde v. 495 *μέγα οἶκον ὀφέλλῃ*. Sed caesuram in quarti pedis fine pro natura heroici versus maximi esse momenti Hoffmannus (quaest. § 37) recte docuit. Praeterea id causae afferre liceat, quod poeta hiatum admittere maluit quam formulam homericam *οἶκον ὀφέλλῃ* mutare.

v. 525 videtur *ἐν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ*. Sed he hoc quidem loco est cur haereamus, cum *ῳ* vocalis quavis arsi produci Hoffmannus demonstravit (quaest. hom. § 50. 2) et nuper denuo Hartelii exemplum secutus vir doctissimus Rzachius hes. Unt. p. 6 sq. — v. 576 invenitur *σπεύδειν καὶ οἴκαδε*, quae productio per se offensionem praebere nemo negabit. Sed productionem particulae *καὶ* ante vocem *οἶκος* iam apud Homerum repperi hisce locis: *Θ* 513 *δ* 520 *ξ* 210 (in IV. thesi) *ψ* 7. 27. 108 (in altera). Denique occurrit *ἀπόδρεπε οἴκαδε* v. 611. Sed hoc loco idem valet, quod in versu 495. De vocibus *φερέοικος* et *ἄοικος* (v. 571 et v. 600) cf. et ea quae ipse in praef. dissert. m. p. 3 enuntiavi et quae Isler qu. Hes. spec. p. 15 attulit.

VI. Transeamus ad vocem *οἶνος* similesque. Iam primo loco, ubi legitur *τὴν φθάμενος οἴνας* (v. 570), digamma demonstrari non potest. Nam iam de productione vocabulorum in tres breves syllabas terminantium diximus pag. 14. — In versu 572 *οὐκέτι οἰνέων* hiatus satis excusatur litterae finalis firmitate. Postremo digamma esse videtur v. 585. Legimus enim *καὶ οἶνος ἄριστος*. Sed hoc ab Homeri sermo sermone minime abhorret, quum saepissime particulae *καί* ante nomen *οἶνος* productio fiat cf. *Ι* 489 *ε* 156 *μ* 327 *ν* 69 *ο* 323 *χ* 479 in IV. thesi ut nostro loco *Γ* 246 in secunda.

VII. Ante vocem *ἦθος* legitur *καί* in hiatu illicito. Exspectatur enim correptio. Sed huius particulae productionem certum digammatis vestigium non esse habendam iam supra significavi pag. 8.

VIII. Iam uno numero complectar eas formas, quae derivantur a radicibus *Ϝελπ* (Curt. Gr.[4] p. 264) et *Ϝες* (Curt.[4] p. 379 Hoffm. § 113).

Versu 475 ante formam *ἔολπα* pronomen *σέ* elisionem non patitur. Sollemnis enim est formula homerica cf. *ε* 379 *γ* 375.[16]) — Versu 498 *ἐπὶ ἐλπίδα* hiatus satis excusationis habet vocalis *ι* firmitate, quae caesura bucolica aucta est. — Neque ex forma *εἵματα* quidquam colligendum est, patitur enim ante eam particula *τε* elisionem v. 556 *κατά θ' εἵματα δεύσῃ*. Hiatus

[16]) Saepius autem apud Homerum elisio invenitur cf. *Γ* 186 *Χ* 216 *β* 275 *ϑ* 315 *φ* 583.

autem, qui legitur v. 536 *καὶ τότε ἔσσασθαι*, est in fine pedis primi atque etiam ea re excusatur, quod saepius *καὶ τότε* apud Homerum in initio versus legitur.

IX. Ante formam *ἠχέτα* particula *καί* productam videmus v. 582 cf. de hac re, quod supra diximus p. 8.

X. Vix est, quod addam digammatis vestigium nullum esse in voce *ἕλιξ* υ 452 *δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βοῦς*.

XI. Neque vocis *ἐτώσιος* digammatis indicium ullum repperi, sed elisiones et correptiones ut v. 402 *σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις* v. 411 *οὐ γὰρ ἐτωσιοεργός* v. 440 *ἔργον ἐτώσιον*.

XII. Idem valet de voce *ἔαρ*. Nam productio quae fit v. 477 *πολιὸν ἔαρ* iam solo caesurae semiseptenariae pondere excusata est. Praeterea cf. pag. 14. — Prorsus autem neglectum est huius vocis digamma v. 492 *μήτ' ἔαρ*. Omisi versus 462 et 569, ex quibus nihil colligi potest.

XIII. Praeterire licet vocem *ἴσος*, quum nullum amissae consonae vestigium compareat v. 533 *τότε δὴ τρίποδι βροτοὶ ἴσοι*, quem versum Flachius damnat.

XIV. Postremo dicere opus est formulam *βοὺς ἶφι κταμένοιο* v. 541 ex Homero sumptam esse cf. *Γ* 375.

XV. Restat ut addam vocem *ἕκαστος* nullum indicium amissae consonae praebere (Curt.[4] 460) v. 393 *ὥς τοι ἕκαστα*.

Sicut priscae linguae vestigia accuratius persecuti sumus, ita pauca addamus de formis vocabulisque quibusdam, quae commemoratione digna esse videantur.

Primum huc affero formam *ἔννηφι* υ 410, de qua viri docti inter se dissentiunt. Sunt enim qui dicunt ut Goettlingius et Lobeckius (Path. II. p. 255) *ἔννηφι* esse genetivum sc. *ἡμέραν* et interpretandum »in diem perendini.« Quum autem Kühnerus (Gr. gr. p. 379 ann. 2) contendat terminationem *φι* non adhiberi ad genetivum attributivum significandum, mea quidem opinione non est satis gravis causa, cur non statuamus illud esse dativum et comparandum cum homericis formulis *ἐπὶ δεξιόφιν ἐπ' ἀριστερόφιν*. Postea adverbium factum esse et ita usurpatum ut *εἰς ὀπίσω ἐς τρίς* etc.

2) Ab usu homerico abhorrent formae *κεκτῆσθαι* (v. 437) et *βράδιον* (v. 498). Legitur enim apud Homerum *ἐκτῆσθαι* *Ι* 402 et *βράσσω* *Κ* 226.

3) Forma *κρόκα* memorabilis esse videtur propter declinationis metaplasmum.

4) V. 617 singularis forma optativi *εἴην* a verbo *ἰέναι* derivandi occurrit. Sic enim statuerunt Lehrs quaest. ep. 206 et Foerstemann de dial. Hes. p. 43. Sed recte Goettlingius nostrum locum interpretari videtur eique assensi sunt Kühnerus Gr. gr. I. 663 et Rzachius de dial. Hes. 453. Is illis quoque locis, quibus nostra forma apud Homerum invenitur *Ω* 139 *ξ* 496, eam a verbo *εἶναι* derivandam esse statuit.

5) Neque praetermittendus est accusativus *ἄψιν*, qui more Lesbiorum pro Homerico *ἀψῖδα* formatus est (cf. Ahrens de dial. aeol p. 113.) Paullo aliam sententiam aperuit Rzachius de dial. Hes. p. 358. — Eodem modo formam *δείκνυ* υ 526 pro *δείκνυσι* natam esse Ahrensius monet[17]. Sed potius Rzachio assentior, qui de dial. Hes. p. 458 imperfecti formam demonstrat *δείκνυ* esse et derivandam ex pura stirpe.

---

17) Verhandlungen der dreizehnten Versammlung deutscher Philologen in Göttingen p. 73.

6) Denique affero memorabilem correptionem formae *σχέπα*, quae est v. 532. Sed cum constet *γέρα* *B* 237 *E* 334 eodem modo ante consonam corripi, vix est, quod noster locus offendere possit.

Accusativi autem pl. terminatio in *ας* saepius Doricorum more (cf. Ahrens. de dial. Dor. p. 172. 1 et ann. 1) corripitur ut v. 564. 663 *μετὰ τροπᾰς ἠελίοιο*.

Postremo enumerat Fietkau (p. 16) *τάχα* inter vocabula non homerica, quod v. 504 significet »fortasse«. Sed hoc non esse concedendum mihi videtur, quamquam etiam vir doctissimus Lehrsius dixit hoc loco illius vocis notionem esse »fortasse«.[18]) Puto enim nihil offensionis illum versum praebere, si cum Steitzio interpretamur »Du wirst Dir bald zwei und drei Mal verschaffen«.

Nolo silentio praeterire, quod recentiores editores nonnullos versus interpolatos esse contenderunt. Ac primus quidem Goettlingius statuit, quod versus 504 non ab Hesiodo Boeoto profectus esset, totum carmen 503—560 esse alius poetae.

Paulo aliter Lehrsius (quaest. ep. p. 200) versus 504—538 non esse Hesiodeos arbitratur, quod color a nostro carmine plane diversus sit, nam non in docendo poetam versari, sed in describendo. Postremo monuit Steitzius p. 137 versus 513—535 absurda quaedam atque Hesiodo indignissima et a reliqui carminis habitu multum diversa proponere.

Illis sententiis Goettlingii et Lehrsii, qui argumentum inde sumunt, quod nomen mensis Lenaeonis in Boeotia non usitatum fuerit, non adducor, ut hunc locum spurium habeam. Nam hoc nomine mutato in *Βουκάτιον*, quod Steitzius proponebat, quam facillime difficultas tollitur. Quod si quis improbat, tamen in solo nomine non satis gravem esse causam dico, cur haec pars ab Hesiodo abiudicetur, neque longam illam quae sequitur, descriptionem paraenetico ad fratrem carmini insertam fuisse adducor, ut credam.

Confiteor autem mihi plurima ex eis, quae Steitzius quidem protulit, admodum placere, sed quum dicendi genere singulae huius carminis partes (v. 383—617) inter se non discrepent, non est, quod accuratius nunc de eis disputem. Sed iniuria ille vocabula non homerica hoc loco coacervata esse credit, nam et aliis versibus totidem verba inveniuntur, quae ab usu Homerico aliena sunt. Et quod ad locos communes, quos Steitzius dicit, attinet, cum fugit per totum carmen multos similes occurrere.

IV. Quarta pars (618—694).

De versibus 86 huius partis nonnulli inveniuntur, quorum maiores partes ex Homeri carminibus receptae sunt. Sunt enim hi:

621) *παντοίων ἀνέμων . . . . ἀῆται* cf. *Ξ* 254 *ἀργαλέων ἀ. . . . . ἀήτας*. — 624) *νῆα ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι* cf. *π* 359 *νῆα μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν*. — 625) *ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων* = *ε* 478 *τ* 440. — 627) *ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα* cf. *Σ* 409 *ὅπλα τε πάντα*. ibid. *τεῷ ἐνικάτθεο οἴκῳ* = *Ξ* 219 (*κόλπῳ*). — 631) *καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν* cf. *Ξ* 97 *νῆας ἐυσσέλμους ἅλαδ' ἑλκέμεν*. *β* 389 *καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' εἴρυσε*. — 650) *ἐπέπλων εὐρέα πόντον* cf. *Z* 291 *ἐπίπλως εὐρέα πόντον*. — 657) *φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα* cf. *Ψ* 513 *τρίποδ' ὠτώεντα φέ-*

18) de Arist. stud. hom.² p. 94.

ρειν. — 661) ἀλλὰ καὶ ὣς ἐρέω = Ω 106 τ 171. 224. — ibid. Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο cf. Ξ 160. 252 ε 137 Διὸς ν. αἰ. — 663) μετὰ τροπὰς ἠελίοιο cf. ο 404 τροπαὶ ἠ. — 675) Νότοιό τε δεινὰς ἀήτας cf. O 626 ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη. — 683) ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστίν cf. δ 71 τῷ ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. — 686) πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι = X 76 ο 408 cf. X 31 Ω 525 λ 19 μ 341. — 691) πήματα κῦρσαι cf. Ψ 428 ἅρματα κύρσας.

Iam breviores formulas particulasque affero:
618) ἵμερος αἱρεῖ Λ 89*. — 619) σθένος Ὠρίωνος Σ 486*. — 620) ἐς ἠεροειδέα πόντον Ψ 744 β 263 δ 482 ε 164 (ἐπ'.) γ 294 ε 281 ϑ 568 μ 285 ν 150 176 (dat.)*. — 622) ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Ψ 316 ε 132 α 21 η 250 μ 388 τ 172. 274*. — 623) ὥς σε κελεύω κ 516*. — 626) Διὸς ὄμβρος E 91 M 286*. — 628) νηὸς .... ποντοπόροιο A 439 O 704 ξ 295 ο 284. — 630) εἰςόκεν ἔλθῃ Φ 231*. — 636) ἐν νηῒ μελαίνῃ A 433 Θ 222 I 654 K 74 etc. — 637) πλουτόν τε καὶ ὄλβον Ω 536 (ὄλβῳ τε καὶ πλούτῳ). — 646) ἀεσίφρονα θυμὸν φ 302 (dat.)*. — 647) ἀτερπέα λιμὸν T 354 λιμὸς ἀτερπής. — 648) πολυφλοίσβοιο θαλάσσης A 34 B 209 Z 347 I 182 N 798 Ψ 59 ν 85. 220 etc. — 652) λαὸν ἄγειραν γ 140*. — 653) Τροίην ἐς καλλιγύναικα ν 412 (Σπάρτην ἐς κ.) — 654) δαΐφρονος Ἀμφιδάμαντος ϑ 8 (Ἀλκινόοιο)*. — 658) λιγυρῆς ...... ἀοιδῆς μ 183 (acc.)*. — 662) ἀείδειν α 155. 350 ϑ 45. 90. 266 ρ 262*. — 667) Ποσειδάων ἐνοσίχθων H 445 N 34 etc.*[19]) — 669) ἀγαθῶν τε κακῶν τε δ 237 (acc. sg.) — 670) πόντος ἀπήμων (οὖρος ἀπ.) μ 167*. — 671) νῆα θοὴν A 308 Ψ 317 etc.*[20]) — 673) πάλιν οἰκόνδε νέεσθαι ζ 110* cf. π 350. — ibid. ὅττι τάχιστα Δ 193 all. loc.* — 676) Διὸς ὄμβρῳ cf. ad. v. 626. — 685) αἰδρείῃσι νόοιο λ 272*. — 687) μετὰ κύμασιν γ 91*. — ibid. ἀλλά σ' ἄνωγα Φράζεσθαι cf. ρ 279 τὰ δέ σε φράζεσθαι ἄνωγα. — 688) ὡς ἀγορεύω Θ 523 ξ 160 τ 305 ψ 27 ω 461. — 691) μετὰ κύμασιν cf. ad. v. 687. —

Ut in hac quoque parte quasi uno verbo significetur, quam cognationem cum Homericis carminibus habeat, addendum est paene alter quisque versus in formulam Homericam exire, (ex vv. 86 circiter 40) et fere undeviginti vocabula non homerica exstare, quorum Fietkau unum omisit ἀμαυρωθείη v. 693.

Etiam in hac parte recentiores editores nonnullos versus damnant, et Steitzius quidem versus 631 usque ad 662. Sed nihil attulit, quo commoti cum eo consentiremus. At versus 646—663 interpolatos esse multo verisimilius est, quod iam Goettlingius, quem Flachius secutus est, in annotatione ad versum 646 longius demonstravit.

Quum autem ex toto genere dicendi certum iudicium facere nequeamus — diversae enim particulae huius carminis non inter se distant — non est, cur hanc rem hoc quidem loco accuratius tractem.

Sequitur ut de digammatis aliisque priscae linguae vestigiis dicamus.

I. Vocis ἔργον eiusque compositorum certum digammatis vestigium nullum repperi. Satis enim caesura semiquinaria excusatur hiatus in v. 641 Πέρσῃ, ἔργων, praesertim quod

[19]) Haec formula quatuordecim locis Iliadis invenitur: H 445 N 34. 65. 231. 554 Ξ 384 Θ 41. 205 Y 63. 132. 291. 318. 330. In Odyssea legitur decies: α 74 ε 336 η 56. 271 ϑ 354 ι 283 λ 251 ν 146. 159.

[20]) Haec formula Odysseae propria esse videtur. Legitur enim duodetriginta locis: α 303 β 312. 287. 385. 387. 389. 430 γ 347 δ 669. 779 ε 131 η 109. 249 ι 226 κ 154. 244. 402. 407. 569 λ 330 μ 247. 367. 387 ν 65. 168 ο 205 π 472 ψ 330.

post vocem *Πέρσῃ* interpungitur; altero loco v. 629, ubi legitur *πηδαλιὸν δ' εὐεργές* nihil demonstratur, quum hoc vocabulum *εὐεργές* iam apud Homerum exstet.

II. Deinde duobus locis occurrit vox *εἰάρινος*. Sed ex versu 682 nihil concludi potest et v. 678 elisio facta est *ἄλλος δ' εἰάρινος*. Flachius quidem hoc loco mutat *ϝειαρινὸς δ' ἄλλος*, sed causam satis gravem non attulit. (cf. Rzach. Hes. Unters. p. 50.)

III. Nec nomen *οἶκος* ullam offensionem praebet. Repugnat enim digammatis restitutioni v. 632 *ἐντύνασθαι ἵν' οἴκαδε*, nam Flachii violentissimam mutationem *ἐντύνειν ἵνα ϝοἴκαδε* quis est qui probet?

De hiatu autem, qui est v. 627 *τέῳ ἐνικάτθεο οἴκῳ* monendum est, o vocalis imperativi, qui desinit in *-εο*, quamvis apud Homerum nonnunquam elisionem patiatur, hoc loco de digammate non esse cogitandum, quod huius formulae exemplar apud Homerum *Ξ* 219 inveniri nemo ignorat. Quum praeterea metrum elisioni obstare videatur, id potius statuendum est, poetam huius partis, quum illum Iliadis locum sibi proposuisset, quem imitaretur, maluisse hiatum admittere, quam longius ab Homero recedere. Neque quidquam ex formula illa v. 673 *πάλιν οἰκόνδε νέεσθαι* erui potest, nam sollemnem homericam clausulam esse patet ex his locis *ζ* 110 *Z* 189 cf. *φ* 354 *ψ* 292 *B* 290. 354. 357 *T* 390 *Ψ* 229.

IV. Quamquam omnes consentiunt de digammate vocis *οἶνος*, quod etiam in huius partis versu 622 hiatu prodi dicunt in formula *ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ*, tamen ego hoc quidem loco nullum digammatis indicium agnosco. Nam praeterea, quod *ἐνί* praepositio apud Homerum quoque saepissime non eliditur, sollemnem formulam homericam illa verborum copulatione contineri iam supra vidimus cf. ad. v. 622. Versus autem 674 in utramque partem verti potest, quod occurrit *μηδὲ μένειν οἶνον*.

V. Constat vocabula illa, quae ad radicem *ϝελκ* pertinent, digammate olim esse instructa. Sed neglecta est illa litera v. 639 *ἀγχ' Ἑλικῶνος* et ex versu 658 *Μούσαις Ἑλικωνιάδεσσ'* nihil colligi potest.

VI. Denique pauca addam de insigni forma *καύαξαις*, quae invenitur vv. 666. 693. — Viri docti inter se consentiunt hanc formam digammate aptissimam habere explicationem. In verbo *ἄγνυμι* enim cum *κατά* praepositione composito ex *κατϝάξαις* eodem modo, quo *καββάλλω* ex *κατβάλλω* fieri *καϝϝάξαις*, cuius formae duplex digamma, quum minus facile neglegi potuerit, haud dubie diu servatum sit et postremo in *υ* litteram transierit. Alii, quos nuperrime secutus est Rzachius (de dial. Hes. p. 387) statuerunt ex *καταϝάγνυμι* per apocopen factam esse *καϝάξαις* ut ex *κατακτάμεναι* (Sc. Herc. 453) *κακτάμεναι*, tum ex consona *ϝ* evasisse vocalem *υ*. Sed num ex hac forma de vivo digammate concludi possit, dubitare licet. Nam quum apud Homerum digamma verbi *ἄγνυμι* nonnullis locis neglectum sit, verisimile est iam eius aetate illam consonam evanuisse eoque magis Hesiodi aetate.

In hac autem parte pauca tantummodo inveniuntur, quae ab homerico consuetudine prorsus abhorrent.

1. Leguntur duae accusativi pluralis formae in *ας* terminantes v. 663 *μετὰ τροπὰς ἠελίοιο* et v. 675 *δεινάς*, in quibus Doriensium more vocalis *α* correpta est.

2. Offendit quam maxime, quod in codicibus v. 646 scriptum est *εὖτ' ἄν*. Hanc con-

iunctionem non a poeta et fortasse ne a compositore quidem scriptam esse puto, sed a librario pro eo quod aptius esse recte monuit Lehrsius qu. ep. p. 210 εἰδ' ἂν vel εἴ κεν.

3. Prorsus etiam hoc ab usu homerico recedit, quod tota Graecia nomine Ἑλλάδος appellatur v. 653 Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς.

4. Goettlingio displicuit correptio secundae syllabae in voce προπεφραδμένα v. 655, quam esse indicium serioris aetatis cum ipse tum Spitznerus de versu her. p. 96 explicuit. Quum autem idem in eodem verbo φράζω eandem mensuram afferat ex ο 444 ὑμῖν δ' ἐπιφράσσετ' ὄλεθρον, mirabile est, quod hunc locum Hesiodi plus dubitationis movere quam illum Homeri putat. —

V. Quinta pars (v. 695—828.)

Ex versibus 134 fere tredecim certos quosdam locos Homericos imitantur:

705) ὠμῷ γήραϊ θῆκεν cf. ο 357 ὠμῷ γήραϊ θῆκεν. — 724) Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν cf. Z 266 Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον. — 730) μηδ' ἀπογυμνωθείς cf. κ 310 μή σ' ἀπογυμνωθέντα. — 751) ἀνήνορα ποιεῖ cf. κ 302 ἀνήνορα θείῃ. — 755) ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισιν cf. μ 362 ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν. — 757) ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων cf. E 598 ποταμῷ ἅλαδε προρέοντι. — 759) τὸ γὰρ .... λώϊόν ἐστιν cf. β 169 τὸ δὲ .... λώϊον ἐ. — 767) ἔργα δ' ἐποπτεύειν cf. π 140 ἔργα δ' ἐποπτεύεσκε. — 771) Ἀπόλλωνα χρυσάορα cf. O 256 Ἀπ. χρυσάορον. — 803) Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν cf. υ 79 Ἐρινύσιν ἀ. — 807) θαλαμήϊα δοῦρα cf. ι 498 νήϊα δοῦρα. — 817) νῆα πολυκλήϊδα θοὴν εἰς οἴνοπα πόντον cf. H 88 νηὶ πολυκλήϊδι πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον. —

Neque magnus est numerus breviorum formularum, quas deinceps nunc affero:

700) ἐγγύθι ναίει η 29*. — 704) καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα Π 260. — 710) ἔπος εἰπών H 394 εἰπεῖν ἔπος χ 392 ἔπος εἴπωμι ibid. ἤ τι ἔπος .... ἠὲ καὶ ἔρξας cf. δ 163 ἤ τι ἔπος .... ἠὲ καὶ ἔργον. — 713) ἄλλοτε ἄλλον δ 236 (ἄ. ἄλλῳ)*. — 718) αἰὲν ἐόντων δ 583*. — 725) ἄλλοις ἀθανάτοισιν B 49*. — 728) αὐτὰρ ἐπεί multis locis e. gr. A 464*. — 729) ἐκτὸς ὁδοῦ ν 123*. — 731) πεπνυμένα εἰδώς δ 696. 711 χ 361 ω 442.[21]) — 732) εὐερκέος αὐλῆς I 468 φ 389 χ 449*. — 737) καλίρροον ὕδωρ B 572 M 33*. — 738) εἰς καλὰ ῥέεθρα Φ 238 (κατὰ κ. ῥ.)[22]). — 739) ὕδατι λευκῷ Φ 282 ε 70*. — ibid. χεῖρας νιψάμενος β 261 μ 336*. — 742) θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ θ 76*. — 743) αἴθωνι σιδήρῳ Δ 485 Υ 372. — 745) ὀλοὴ ..... μοῖρα Π 849 μοῖρ' ὀλοή. — 760) ὧδ' ἔρδειν ζ 258. — 765) κατὰ μοῖραν Π 367 Τ 256 Ψ 626 Ω 379 β 251 δ 783 γ 331 etc.* — 770) ἱερὸν ἦμαρ Θ 64 Λ 84 ι 56*. — 786) πώεα μήλων δ 413 (πώεσι μ.) — 789) αἱμυλίους λόγους α 56 (dat.) — 790) βοῦν ἐρίμυχον ο 235 (acc. pl.)*. — 795) μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς I 466 Ψ 166. In Odyssea legitur μῆλ' ἁδινὰ σφάζουσι καὶ εἰ. ἕ. β. α 92 δ 320, paullo aliter ι 46. — 796) κύνα καρχαρόδοντα K 360 καρχαρόδοντε δύω κύνε. — 805) Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν cf. N 322 etc.* — 806) εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ Υ 496 Φ 77 ω 226 (εὐκτιμένῃ ἐν ἀ.) — 816) βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι H 333. — ibid. ἵπποις ὠκυπόδεσσιν Ψ 504 cf. B 383. — 819) ἱερὸν ἦμαρ cf. ad. v. 770. — 822) μέγ' ὄνειαρ δ 444*. —

---

21) Haec clausula Odysseae propria esse videtur. In Iliade comparet πεπνυμένα μήδεα εἰδώς H 278

22) Praeterea καλὰ ῥέεθρα in fine versus legitur Φ 238. 244. 361. 382 λ 240. In Il. pede Φ 352. 354. 365.

Vix autem quartus quisque versus in formulam homericam desinit atque etiam ea re modicus Homeri imitator cognoscendus est, quod fere quadraginta septem vocabula non homerica inveniuntur.[23])

Iam transeamus ad vestigia illa priscae linguae, quorum numerus quum iam parvus sit, ea re etiam minuitur, quod videbimus, maxime Homeri imitationem, minime ipsum digamma hiatus productionesve effecisse.

I. Iam vocum ad radicem *ϝιδ* pertinentium nullum certum digammatis signum exstare statim intellegemus. Tribus solis locis hiatus illicitus comparet, qui digammate optimam expeditionem habere videtur. Legitur enim v. 792 *ἤματι ἴστορα.* Sed hic locus nullam offensionem praebet propter caesuram bucolicam. (cf. Hoffm. qu. Hom. § 62. 66.) Quin etiam si Hartelium sequimur, qui *ι* vocalem dativi III. decl. olim longam fuisse statuit (stud. Hom. I. p. 59) prorsus digamma evanuerit necesse est.

Praeterea hiatus in quinto pede invenitur v. 731 *πεπνυμένα εἰδώς.* Sed hanc esse formulam homericam iam supra commemoravimus. Reliquis locis aut correptiones aut elisiones factae sunt ut v. 701 *ἀμφὶς ἰδών,* quod sine satis gravi causa Flachius mutavit in *ἀμφὶ ϝιδών.* v. 738 *εὔξῃ ἰδών* v. 714 *καταθελγέτω εἶδος* v. 824 *παῦροι δέ τ' ἴσασιν.* Hanc lectionem et Flachius et Rzachius mutaverunt, quamquam hoc loco omnes codices consentiunt, in *παῦροι δὲ ϝίσασιν,* quod particula *τε* absurda sit. Sed mihi quidem non est dubium hic nostrum poetam hunc Homeri locum, ubi *τε* paene eodem modo usurpata est, imitatum esse *β* 277:

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Unus locus restat, cuius difficultatem non tam facile expedire possum. Legitur enim v. 814 *παῦροι δ' αὖτε ἴσασι.* Quamquam enim forma *ἴσασι* in Homeri carminibus saepius reperitur, tamen particulam *τε* nusquam ante illam vidi. At *γε* *λ* 123 *τοίγε ἴσασι.* Si ad alias formas confugimus etiam particula *δέ* in hiatu legitur ut *B* 301 *τόδε ἴδμεν* *N* 273 *σὲ δὲ ἴδμεναι.* Particulas *γέ δέ τέ* simillimas esse commemorare non est opus. Nolo praetermittere in paene eadem formula, de qua modo tractavi, elisionem factam esse *παῦροι δέ τ' ἴσασιν.* Si conceditur hanc partem (694—828) ab uno eodemque poeta esse compositam, et ne Flachius quidem hos versus damnat, iam inconstantia sua demonstravit digamma sibi ignotum fuisse. Itaque ne illo quidem loco (v. 814) est, cur haereamus.

II. Videntur digammatis usum indicare ea vocabula, quae pertinent ad radicem *ϝεπ.*

v. 710 *ἤ τι ἔπος.* Sed praeterquam quod *ι* vocalem pronominis *τι* nullo loco elisionem pati Hoffmannus (§ 62a) docuit, *τι* ante *ἔπος* apud Homerum inveni his locis *Γ* 83 *δ* 163 (in eadem formula: *ἤ τι ἔπος*) *ϑ* 397 *ξ* 463 *ο* 27. Quod eodem versu legitur *ἔπος εἰπών* comparetur cum Homerico loco *χ* 392 *ἔπος εἴπωμι.*

In versu 721 *κακὸν εἴπῃς,* quamquam apud Homerum similem formulam non inveni,

---

[23]) Ex his 47 vocabulis nonnulla levioris momenti sunt, quod quasi argumento huius partis tribuenda sunt: 727) *ὀμιχεῖν.* — 729) *οὐρήσῃς.* — 733) *γονῇ.* — 744) *οἰνοχόην.* — 748) *χυτροπόδων.* — 751) *δωδεκαταῖον.* — 752) *δυωδεκάμηνον.* — 759) *ἐναποψυχεῖν.* — 766) *τριηκάδα.* — 770) *τετράς* ibid. *ἔνη.* — 814) *τρισεινάδα.*

tamen vivum digamma agnoscere non possum, quod productio syllabae in unam consonam desinentis certum digammatis vestigium non esse iam Hoffmannus et post eum nuper accuratissime Hartelius docuit. Idem monuit magnum arsis adiumentum esse, si vocabulum quoddam ita pronuntiatur ut a sequenti magno vocis intervallo separetur, id quod imprimis in vocabulum nostrum *κακόν* cadit.

III. Paucis tantum locis *ἔργον ἔρδειν* sim. inveniuntur. Duobus autem, quum fiat vocalium concursus, digammatis vestigium servatum esse videtur. Sed cum formula *βροτήσια ἔργα* v. 673 conferatur *λ* 246 *φιλοτήσια ἔργα* atque multae aliae, quae iam supra allatae sunt. — Neque eo hiatu quidquam efficitur, qui est v. 779 *προβάλοιτό τε ἔργον*. *τε* ante *ἔργον* non inveni. Sed ante *ἔργων* duobus locis eodem pede atque nostro loco legitur *I* 443 *πρηκτῆρά τε ἔργων* *P* 549 *ὅς ῥά τε ἔργων*. Multis vero locis particula *δέ* ante *ἔργον* conspicitur, quorum exempli causa nonnullos affero *B* 15 *ἄμμι δὲ ἔργον* *Δ* 14 *Θ* 9 *Ξ* 361 *P* 179 *Υ* 116 etc. Denique conferatur nostra formula cum simillima clausula Homerica *τετέλεστο δὲ ἔργον* *χ* 479. — Contra digamma neglectum est v. 710 *ἠὲ καὶ ἔρξας* 708 *κακὸν ἔρξῃς*. —

IV. Sequitur ut agamus de formis, quae ab radice *ϝοικ-* derivantur. Omitto versum 800 *ἄγεσθ' εἰς οἶκον*, ex quo nihil concludi potest. Duobus alteris locis, quibus nomen *οἶκος* occurrit, habet hiatus satis excusationis e finalis vocalis firmitate. Videtur enim v. 695 *τεὸν ποτὶ οἶκον* v. 733 *ἔνδοθι οἴκου*.

V. Vix est, quod addam digammatis vestigium in voce *οἶνος* nullum esse v. 744 *μηδὲ ποτ' οἰνοχόην*. Versus 817 *θοὴν εἰς οἴνοπα πόντον* certum digammatis signum non praebet. Potius ex hoc versu concludi potest, auctorem eius digamma non novisse, quod in formula *ἐπὶ οἴνοπα πόντον* haesisse videtur.

VI. Uno iam numero comprehendo versum 704 et 795. Priore loco est antiqua formula *καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα*, quae exstat *Π* 260, posteriore alia formula notissima *εἰλίποδας ἕλικας βοῦς* *I* 466 *I* 166. 448 *α* 92 *δ* 320 *ι* 46.

VII. Porro neglectum est digamma vocis *ἔτος* v. 696 *τριηκόντων ἐτέων*, qua de forma infra dicemus.

VIII. Neque proprium vocis *ἴσος* digamma demonstrari potest ex v. 707 *μηδὲ κασιγνήτῳ ἴσον* cum vocalis *ῳ* satis firmiter caesura semiquinaria; omnino autem evanuit v. 752 *μηδὲ δυωδεκάμηνον ἴσον*.

IX. Denique videmus *ἵνα* ante *ἤθεα* elisionem non pati v. 699 *ἵνα ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς*. Sed primum *ἵνα* item positum vidi apud Homerum *ϑ* 580 (in II. thesi) deinde haec lectio ex Aristot. Oec. III tantum ab editoribus recentioribus recepta est, et quum omnes codices rara consensione *ὡς κ' ἤθεα* praebeant, non est cur potius Aristotelem sequamur. Idem fere statuisse videtur Koechlyus, qui nuper illam lectionem, quam iam Spohnius tenuerat, in textu posuit.

Restat ut ex instituto nostro pauca de eis formis vocabulisque addamus, quae ab usu homerico prorsus recedant.

1) *χρυσάορα* accusativus a consuetudine homerica abhorret. Is enim utitur illis duobus locis, ubi haec vox occurrit, forma *χρυσάορον* *O* 256 *E* 509.

2) Commemoratione digna esse videtur forma *αἴνημι*, quae comparet v. 683. Nam

neque apud Homerum neque apud alium poetam — nisi qnod ἐπαίνημι apud Simonidem Ceum invenitur — haec forma pro vulgari αἰνέω est posita. Similes formas praecipue ab Aeolibus usurpatas esse docet Ahrensius de dial. aeol. p. 134 sq. (cf. Rzach. de dial. Hes. 437).

3) Maxime autem erravit Fietkau, quum putaret (p. 16) τάχα v. 721 significare »fortasse«. Tantum abest, ut illam sententiam habeat, ut hoc loco altera significatio maxime quadrare videatur.

4) Contra usum Homericum conformata sunt v. 792 πλέος et v. 744 τιθέμεν. Apud Homerum enim leguntur πλεῖος et τιθήμεναι.

5) Coniunctio vocalium εοι, quae apud Homerum nusquam mutatur, est contracta in forma γαμοῖτο v. 698.

6) Neque apud Homerum neque apud alium Graeci sermonis scriptorem forma τριηκόντων, quam v. 696 invenimus, legitur. Quae forma quum a communi sermonis consuetudine prorsus abhorreat, illo loco alteram scripturam τριήκοντα nonnullis codicibus confirmatam praeferendam esse recentiorum primus putavit Bentleyus, quem nuper Foerstemannus de dial. Hes. 26 et Flachius Proleg. p. 40. 53 secuti sunt. Hanc lectionem enim propterea paullo facilius tolerari posse, quod vox sequens ἐτέων antiquitus a digammate initium cepisse constaret. Sed primo concedendum est, etiam sic illam vocalis ᾰ productionem esse molestam et nonnihil offensionis habere (— nam quod Rzachius affert, eodem modo α produci in μέγᾱ Ϝιάχων, levioris momenti esse inde apparet, quod μέγα Ϝιάχων formula est homerica, ut infra demonstrabimus —) deinde mihi quidem non est dubium huius versus auctorem, quod digamma vocis ἔτος ei ignotum erat, metro esse coactum illum memorabilem genetivum τριηκόντων Aeolum more conformatum (v. Rzach. l. l. p. 424) usurpare.

Reliquum est, ut singulas partes inter se comparem.

In nostro carmine non omnes partes eodem iure Hesiodo aut si quis alius poeta hoc carmen composuit tribui, potius duas partes magis quam ceteras Homericum dicendi genus exprimere iam supra demonstravi. Praeter illas autem duas partes omnes aequaliter ad Homerica carmina accedere patet ex hac tacula:

Continet	vv. in form. Hom. exeunt.	voc. non Hom.
1) pr. pars (1—41. 201—285) v. 125	41	40
(42—106) v. 65	35	6
(106—201) v. 95	46	21
2) alt. pars (285—383) v. 97	26	44
3) tert. pars (384—617) v. 234	57	117
4) quar. pars (617—693) v. 86	35	19
5) qu. pars (694—828) v. 134	30	47

Illae duae partes ab alio poeta, alio loco, aliis temporibus atque ceterae ortae esse videntur. Sed ubi aut qua aetate sint natae, certis lineis definiri non potest. Quoniam vero ceterae partes inter se consentiunt — de tertia nostram sententiam exposuimus — non dubito, quin ab uno poeta, unaque aetate sint factae. —

DE SCUTO HERCULIS.

Scutum Herculis ex eis carminibus, quae sub Hesiodi nomine nobis tradita sunt, argumento praecipue cum Homero consentire neque veteres fugit neque recentiores latuit, et haec res a Rankio quidem in sua editione paene accuratius quam erat opus exposita est. Idem quam rectissime cagnovit etiam in verbis Homeri imitationem agnoscendam esse (cf. p. 347—354). Sed quum quae illo loco vir doctissimus profert perpauca sint et tantum ea quae apertissima sint operae pretium esse videtur denuo in hanc rem inquirere.

Scutum autem Herculis carmen esse mire compositum et vix carminis nomine dignum iam dudum intellectum est. Licet enim singulae quaedam partes eius vere praeclarae sint et pulchritudine sua et virtutibus poeticis ita splendeant, ut Homerum decere videantur, tamen si, quod summum est, carminis conexum consideras, si eundem ab initio usque ad finem enarrationis cursum quaeris, si unum et simplex compositionis genus expectas, horum omnium in nostro carmine nihil reperies.

Ac primo statim obtutu duas partes esse carminis male inter se cohaerentes perspicies, quarum prior Alcumenae laudes et Herculis originem enarrat, posterior Herculis pugnam cum Cygno Martis quodam filio describit. Deinde pars prior initio truncata est atque etiam posterior tam solute priori adiuncta est, ut ipsa per se stare possit. Postremo media in parte secundi carminis scuti descriptio addita est, quae ipsa quamvis per se non improbabilis, tamen si nihil poeta nisi pugnam cum Cygno describere volebat, huius enarrationis cursum vehementer impediebat et mentem lectoris a re summa avocabat. Itaque si quo alio in carmine, quod ex antiquitate ad nos delatum est iustae dubitationes ortae sunt, utrum vere ita ut fertur ex poëtae ingenio fluxerit necne, in hoc ne dubitandum quidem esse videri potest. Tamen eandem hanc iuncturam partium diversarum antiquitus et exstitisse et carminis nomine venisse praeter exspectationem nostram facile cognoscitur. Iam enim Aristophanes Byzantius[24]) partem priorem carminis a posteriore diversam non novit solum, sed etiam unde translata sit, docuit: et de posteriore prorsus eodem modo, quo sobrius quivis lector hodie solet, iudicavit. Itaque non modo hic vetus grammaticus de nostro carmine existimavit, sed etiam multi recentiores, quorum solum Goettlingium nomino.

Hic in praefatione editionis suae (pag. 58) hoc modo suam sententiam exponit: Dignosci posse tres partes, quarum antiquissima sit a versu 1 usque ad versum 56, quae desumpta sit ex Eoeis, quae dicuntur; secundam partem esse a versu 56 usque ad 140, quae sit coniungenda cum versibus 317—480. Tertiam eamque longe recentissimam esse partem, quae uberiorem descriptionem scuti a versu 141 usque ad versum 317 continet.

Causam autem, qua Goettlingius adductus hanc partem ab auctore ceteri carminis

---

[24]) Initium nostri carminis ex Catalogo, quod carmen Hesiodo ascriptum est, sumptum esse in codicibus nonnullis dicitur:

τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ τετάρτῳ καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ς', διὸ καὶ ὑπώπτευεν Ἀριστοφάνης ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμήρου ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου.

alienam esse putat, etsi quam maxime improbo, tamen re ipsa ei assentior, quod quam rectum sit ut demonstrem, iam ad carmen ipsum transeo secutus illam Goettlingii divisionem. —

I. Prima pars (v. 1—56.)

De versibus quinquaginta sex, quos haec pars continet, nullus quidem integer ex Homero sumptus est, sed fere quindecim locis intellegi potest, auctorem Scuti quosdam Homeri locos esse imitatum:

1) *προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν* cf. *ψ* 120 *πηούς τε προλιπὼν καὶ π. γ.* Praeterea *πατρίδα γαῖαν* millies invenitur cf. ad v. 12. — 5) *εἴδεΐ τε μεγέθει τε* cf. *εἰδός τε μέγεθός τε* *ζ* 152 *σ* 249 *ω* 253. 374. — 20) *θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν* cf. *α* 273 *θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων.*— 21) *τῶν δ' ὅγ' ὀπίζετο μῆνιν* cf. *ξ* 283 *Διὸς δ' ὠπίζετο μῆνιν.* — 22) *ἐκτελέσαι μέγα ἔργον* cf. *γ* 275 *ἐκτελέσας μέγα ἔργον.* — 23) *πολέμοιό τε φυλόπιδός τε* cf. *Σ* 242 *φυλόπιδος κρατερῆς καὶ ὁμοιίου πολέμοιο.* — 26) *ἦρχε δὲ τοῖσιν ἐῢς παῖς 'Αλκαίοιο* cf. *B* 819 *M* 98 *ἦρχεν ἐῢς παῖς 'Αγχίσαο.* — 28) *ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσὶν* cf. *δ* 739 *ἐνὶ φρεσὶν μῆτιν ὑφήνας.* — 30) *ὦρτο δ' ἀπ' Οὐλύμποιο* cf. *H* 25 *ἦλθες ἀπ' Οὐ.* *H* 35 (*ἦλθον*). — ibid. *δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων* cf. *ϑ* 273 *κακὰ φ. β.* — 34) *φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα* cf. *Φ* 19 *Ψ* 176 *κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.* — *θέσκελα ἔργα* *Γ* 130 *λ* 373. 609. — 36) *τέλεσεν δ' ἄρ' ἐέλδωρ* cf. *φ* 200 *τελευτησείας ἐέλδωρ.* — 40) *πρὶν γ' ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι* cf. *η* 196 *πρίν γε τὸν ἧς |γαίης ἐπιβήμεναι.* — 43) *νοῦσον ὑπ' ἀργαλέης* cf. *N* 667 *νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ.* — ibid. *κρατεροῦ ὑπὸ δεσμοῦ* cf. *E* 356 *κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ.* — 49) *διδυμάονε παῖδε γενέσθην.* — 52) *δεινόν τε κρατερόν τε* cf. *ε* 175. 367 *μ* 119 *φ* 169 *δεινόν τ' ἀργαλέον τε.* — 54) *αὐτὰρ 'Ιφικλῆ λαοσσόῳ 'Αμφιτρύωνε* cf. *ο* 244 *αὐτὰρ 'Οικλείης λαοσσόον 'Αμφιάραον.*

Maior etiam est numerus eorum versuum, ubi breviores formulas, quae iam apud Homerum occurrunt, usurpatas videmus.

2) *ἐς Θήβας* *E* 804 *K* 286*. — ibid. *ἀρήϊον 'Αμφιτρύωνα* cf. *Λ* 501 *ἀ. 'Ιδομενῆα* *M* 102 *ἀ. 'Αστερόπαιον.* — 4) *γυναικῶν . . . . θηλυτεράων* *λ* 385 *ψ* 166 (in fine versus). — ibid. *φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων* cf. *γ* 282 *ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων.* — 5) *οὔτις ἔριζεν* *ϑ* 371*. — 6) *εὐνηθεῖσαι* *Π* 176 *εὐνηθεῖσα**. — 8) *πολυχρύσου 'Αφροδίτης* cf. *χρυσέης 'Α.* *T* 64 *δ* 14. *πολύχρυσος* eodem versus loco quo in nostro versu invenitur apud Homerum *H* 180 *Λ* 46 *γ* 304 *Σ* 289 *K* 315 9) *κατὰ θυμόν* saepius cf. *A* 136*. — 10) *γυναικῶν θηλυτεράων* cf. ad v. 4. — 11) *πατέρ' ἐσθλόν* *α* 115 *β* 46 *γ* 379 *π* 214 *τ* 395 *ψ* 360. — ibid. *ἶφι δαμάσσας* *Φ* 208 *ἶφι δαμέντα* 657 *ἶ. δαμασσῃ* 156 *ἶ δαμῆναι**. — 12) *πατρίδα γαῖαν* *N* 645 *O* 499. 706 *δ* 476 *ε* 42. 115 *ζ* 315 etc.[25]) — 13) *ἐς Θήβας* cf. ad v. 2. — 14) *αἰδοίῃ παρακοίτι* *γ* 381*. — *Φ* 480 *γ* 451 (nom.)*. — 18) *ἧς ἀλόχου* *ψ* 165. 346. — ibid. *μαλερῷ πυρί* *Υ* 316 *Φ* 375. — 19) *ἀνδρῶν ἡρώων* *δ* 268 *λ* 628 *ξ* 97 *ω* 25*. — *E* 746 *α* 100 *ἀνδρῶν 'Ηρώων.* — 21) *ὅττι τάχιστα* *O* 146 *Ψ* 403. 414 *ε* 112 *π* 152 — 22) *θέμις ἦεν* *Π* 796*. — 27) *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε* *A* 544 *Δ* 68 *E* 416 *Θ* 49. 132 etc.* — 29) *ἀνδράσι τ' ἀλφηστῇσιν* *α* 349*. — ibid. *ἀρῆς ἀλκτῆρα* *Σ* 485 *Σ* 100*. — 31) *ἐυζώνοιο*

---

25) Haec formula in fine versus tribus illis locis Iliadis, uno et viginti locis Odysseae videtur. Quinto pede legitur *O* 505 *γ* 117 *δ* 445. 558. 823 *ε* 15. 16. 144. 168. 207. 301 *η* 193 *ν* 426 *ο* 30 *ρ* 144. Altero pede tantum *Ω* 557. — Liquet igitur hanc formulam Odysseae propriam esse.

γυναικός Α 429*. — ψ 760 (γυν. ἐυ.). — 33) μητίετα Ζεύς Α 175 Β 197. 324 etc.[26] — 34) ἔνθα καθεζόμενος ζ 295*. — 36) εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη κ 335 ο 420*. — Τ 445 Ζ 25 ψ 219 ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ. — 37) ἀγλαὸς ἥρως Β 736. 826 Ε 79. 95. 101. 179. 229. 282 etc. (ἀγλαὸς υἱός)*. — 38) ἐκτελέσας μέγα ἔργον γ 275*. — 39) ποιμένας ἀγροιώτας Ο 272 ἀνέρες ἀγροιῶται λ 293 (βουκόλοι ἀγρ.)*. — φ 85 (νήπιοι ἀ.) — 38) ὅνδε δόμονδε Π 445 α 83 γ 272 ξ 424 ρ 527 υ 239. 329 φ 204*. — 40) ἐπιβήμεναι εὐνῆς κ 340. 342*. — 41) πόθος αἴνυτο ξ 144 (π. αἴνυται). — ibid. ποιμένα λαῶν Α 263 Β 243 Δ 296 etc.[27]) — 45) εἰςαφίκανε χ 99. 112*. — ibid. ἑὸν δόμον χ 381. — 46) αἰδοίῃ παρακοίτι cf. ad v. 15. — 51) μέγ' ἀμείνονα φῶτα Β 239.— 47) πολυχρύσου Ἀφροδίτης cf. ad v. 15. — 52) βίην Ἡρακληείην Ε 638 Τ 98 λ 601*. — 53) κελαινεφέϊ Κρονίωνι Α 397 Ζ 276 Ω 290*. — 55) βροτῷ ἀνδρί Ε 604 δ 397. — ibid. μιγεῖσα in fine versus α 73 λ 267 τ 266. — 56) Διὰ Κρονίωνι Ε 869. 906 Θ 210 Φ 193. — ibid. θεῶν .... πάντων Χ 15*. —

Paucas tantummodo formulas continet haec pars, quae iam in carmine Hesiodeo, quod inscribitur Opera et Dies, inveniuntur aut quidem ad exemplar quarundam Hesiodearum conformatae sunt.

8) πολυχρύσου Ἀφροδίτης = Op. 521. — 15) οὐ γάρ οἱ ἦεν cf. Op. 526 οὐ γάρ ο ἠέλιος. — 47) cf. ad v. 8. — 49) Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ cf. Op. 162. ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ.

Eos autem versus, qui in formulam vel hemistichium exeunt, tot esse videmus, ut plus quam dimidium omnium versuum expleant. Sunt enim de 56 versibus versus tres et triginta. Adeo autem totum genus dicendi cognatum est homerico, ut ex copia vocabulorum octo tantum inveniantur, quae apud Homerum non exstant. Fietkau omisit duo v. 18 κώμας v. 44 ἐκτολυπεύσας.

Sequitur ut de digammate agamus. Ac primum quidem videamus de pronomine tertiae personae.

1. Versu 11 legitur ἣ μέν οἱ πατέρ'. Sed productio est in fine primi pedis, quo voces in consonantem desinentes saepissime sola caesura firmantur ut Ψ 493 Αἶαν Ἰδομενεῦ τε. Possunt praeterea nonnulli Iliadis loci afferri, quibus μέν ante οἱ legitur: Γ 195 τεύχεα μέν οἱ κεῖται Ζ 194 καὶ μέν οἱ Λύκιοι. Ι 131 τὰς μέν οἱ δώσω. Φ 547 ἐν μέν οἱ. — Eandem explicandi rationem valere puto in v. 20, quo legitur ὣς γάρ οἱ. Invenitur enim γάρ ante οἱ productum apud Homerum his locis Λ 453 Ζεὺς γάρ οἱ Μ 103 οὐ γάρ οἱ Ξ 521 Φ 586 ἐν γάρ οἱ. Duorum reliquorum locorum, quibus οἱ comparet, alter v. 22 ἐκτελέσαι μέγα ἔργον ὅ οἱ Διόθεν θέμις ἦεν in utramque partem verti potest; altero v. 15 οὐ γάρ οἱ nullum digammatis vestigium comparet. Hunc locum ad exemplar cuiusdam Hesiodei formatum esse supra demonstravi. Utroque igitur loco Hermannus et Schoemannus, quos Flachius secutus est, — apud Rzachium nostrum locum non inveni — scribi volunt οὐ δέ οἱ. Sed quoniam de illo versu Operum et Dierum nostram sententiam uberius exposuimus (p. 14), non est cur hoc loco diutius commoremur. Praeterea num Hermannus illos duos locos Iliadis, quibus γάρ particula ante οἱ non

---

26) In Iliade haec formula XIV locis, in Odyssea III legitur.

27) Haec vnrsus particula Iliadi propria est, Invenitur enim quinque et viginti locis, in Odyssea uno ρ 109.

producitur Ψ 865 Ω 72 iure mutaverit atque Bekkerus iure illam mutationem receperit dubitare quidem licet.

Porro tribus locis exstant formae pronominis possessivi v. 38 ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε. Sed hiatus est in thesi pedis quarti, qua saepius ante ὅνδε apud Homerum hiatus reperitur (cf. Hoffm. qu. hom. I. p. 90 et supra p. 72). Hiatum qui est v. 45 ante ἑόν praetereo, quoniam constat, hanc pronominis formam digammate non fuisse instructum. Denique elisio facta est in v. 40, quo obvenit πρίν γ' ἧς ἀλόχου. —

2. Vocis ἔργον certum digammatis vestigium nullum repperi. Quamquam tribus locis adiectiva quaedam ita formam ἔργον antecedunt, ut fiat vocalium concursus, tamen de vivo digammate non est cogitandum. Nam μέγα ἔργον (v. 22. 38) apud Homerum legitur E 303 H 444 K 282 Λ 734 N 366 Π 208 τ 92 ω 426. 458 et θέσκελα ἔργα v. 34 comparet Γ 130 λ 373. 609.

3. Constat vocabulum ἶφι olim digammate instructum fuisse (cf. Curt. Grdz.[4] p. 392). Sed nullum huius litterae vestigium inveni hoc loco v. 11 ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας. Et si cum Flachio ν ephelcysticon delemus, hiatus satis caesura bucolica excusata est. — Ad eandem radicem ϝις pertinet nomen proprium Ἰφικλῆς. Codices perhibent v. 54 αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ, nonnulli etiam Ἰφικλῆα λαοσσόῳ. Hermannus, quem Schoemannus et Flachius sequebantur, coniecit αὐτὰρ Ἰφικλῆ λαοσσόῳ ita ut ultima syllaba particulae αὐτάρ digammate sequenti produceretur. Sed digamma agnoscere non possum imprimis quod noster versus ad Homericum exemplar, quod supra attuli, conformatus est et productio illa satis iustam excusationem in fine pedis primi habet. Valde autem mihi probatur, quod nuper proposuit Rzachius (hes. Unters. p. 22) αὐτὰρ Ἰφικλῆα λαοσσόῳ, propterea quod haec lectio illi Homericae proxima accedere videtur. —

His pauca addo de adiectivo μέγας, ante quod v. 5 τε producitur in formula ex Homero sumpta εἶδεί τε μεγέθει τε. Notatu etiam digna esse videtur gen. pl. in αων desinens v. 7 κυανεάων, de quo magna est virorum doctorum dissensio. Goettlingius enim statuit Doriensium more esse pro κυανέων ut νησάων pro νήσων Call. hymn. in Del. 66 et 275, quamquam miratus est adiectivum neutrius generis ita flexum esse: hoc enim nunquam fieri. Quae quum ita sint, aliorum sententia mihi proferenda esse videtur, qui putant βλεφάρων hoc loco non a τὸ βλέφαρον, sed a feminino ἡ βλέφαρος esse derivandum. (cf. Kühner. A. Gr. I. 296. 9 et Rzach. de dial. Hes. l. c. p. 399.) —

II. Altera pars. (v. 141 — 317).

Quantum discrimen sit inter hanc partem et eam, quam modo tractavimus, iam inde apparet, quod ex versibus 176 quinque inveniuntur, qui integri ex Homero hausti sunt. Quos deinceps affero:

156) ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐθύνεον ἐν δ' ὀλοὴ Κῆρ = Σ 535 (nisi quod pro ἐθύνεον est ὁμίλεον). — 157) ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον ἄλλον ἄουτον = Σ 536. — 158) ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν = Σ 537. — 159) εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισιν δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν = Σ 538.

182) *Θησέα τ' Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν* = *A* 265. —

Maiores particulae versuum receptae sunt his locis:

145) *ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισιν δεδορκώς* cf. *τ* 446 *πῦρ ὀφθαλμοῖσιν δεδορκώς*. — 162) *ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων* = *η* 307[28]). — 146) *τοῦ καὶ ὀδόντων μέν* = *T* 365. — 164) *τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε* = *T* 365 (*τοῦ*). — 177) *χλοῦναί τε σύες χαροποί τε λέοντες* cf. *λ* 611 *ἀγρότεροί τε σύες χ. τ. λ.* — 191) *ποδώκεες ἔστασαν ἵπποι* cf. *Ψ* 376 *ποδώκεες ἔκφερον ἵ.* — 197) *Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη Τριτογένεια* cf. *Διὸς θυγάτηρ κυδίστη Τ.* *Δ* 515 *γ* 378. — 196) *πόλεμον καταδύμεναι ἀνδρῶν* cf. *Γ* 241 *μάχην καταδύμεναι ἀ.* — 199) *χρυσείην τε τρυφάλειαν* cf. *φαείνη τε τρυφάλεια* *K* 76. — 202) *Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός* cf. *Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς* *A* 8. — 203) *θεῶν ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος* cf. *E* 367. 868 *θεῶν ἕδος αἰπὺν Ὄλυμπον.* — 207) *ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος* *δ* 358 *ε* 136. — 236) *ἄγρια δερκομένω* cf. *Ψ* 815 *δεινὸν δερκομένω.* — 240) *λοιγὸν ἀμύνοντες* cf. *E* 603 (*λ. ἀμύνει*). — ibid. *τοὶ δὲ πραθέειν μεμαῶτες* cf. *Λ* 733 *διαπραθέειν μ.* — 244) *ἔργα κλυτοῦ Ἡφαίστοιο* cf. *ἔργον δὲ περικλυτοῦ Ἡ.* *ω* 75. — 245) *γῆρας τ' ἐμέμαρπεν* cf. *ω* 390 *γῆρας ἔμαρψεν.* — 249) *λευκοὺς ἀραβεῦσαι ὀδόντας* cf. *E* 291 *λευκοὺς ἐπέρησαν ὀδόντας.* — 254) *ψυχὴ Ἄϊδόσδε κατεῖεν* cf. *Υ* 294 *δαμεὶς Ἄϊδόσδε κάτεισιν.* — 259) *ἀλλ' ἄρα ἦγε* cf. *γ* 259 *ἀλλ' ἄρα τόν γε.* — 273) *ἐυσσώτρου ἐπ' ἀπήνης* cf. *Ω* 275 *ἐυξέστου ἐπ. ἀπ.* — 291) *οἱ δ' ἄρ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον* cf. *Σ* 553 *ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο.* — 297) *περίφρονος Ἡφαίστοιο* cf. *θ* 297. 327 *πολύφρονος Ἡ.* — 292) *δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες* = *Σ* 551. — 303) *καρχαρόδοντε κύνε* cf. *K* 360 *καρχαρόδοντε δύω κύνε.* — 313) *περίφρονος Ἡφαίστοιο* cf. ad v. 297. —

Hos versus numero fere aequant eae versuum breviores particulae formulaeque, quae iam apud Homerum legantur.

139) *σάκος . . . . . παναίολον* *N* 552*. — 140) *θαῦμα ἰδέσθαι* *E* 725 *K* 439 *Σ* 83. 377 etc.* — 151) *Ἄϊδος εἴσω* *Z* 284. 422 *H* 131 *Λ* 263 etc.* — 173) *κελαινὸν Αἷμα* *A* 303 *H* 329 *Λ* 828. 844 *λ* 97. 227. 231. 389 *π* 441 *τ* 457 (*αἷμα κελαινόν*). — 141) *λευκῷ ἐλέφαντι* *E* 583 *λεύκ' ἐλέφαντι**. — 178) *Λαπιθάων αἰχμητάων* *M* 128*. — 181) *ὄζον Ἄρηος* *B* 663 *T* 147 *Υ* 238*. (saepius accus.) — 184) *ἠγερέθοντο* *M* 82 *T* 303 *Ψ* 233 *Ω* 783 *γ* 412 *λ* 228 *ρ* 34. 65 *σ* 41*. — 188) *ἐν χερσὶν ἔχοντες* *Σ* 551 *Ψ* 114 *γ* 463*. — 195) *Δειμός τε Φόβος τε* *Δ* 37 *O* 119 (acc.) — 200) *φύλοπιν αἰνήν* *Δ* 15. 65 *E* 496 *Z* 105 *Λ* 213 *Π* 256 *σ* 77 *ω* 475. — 216) *ἱππότα Περσεύς* cf. *B* 628 *E* 116 *Ξ* 117 *Π* 33 *Ψ* 89 plerumque *ἱππότα Νέστωρ.* — 219) *κλυτὸς Ἀμφιγυήεις* *Σ* 614*. — 223) *δεινοῖο πελώρου* *E* 741 *κ* 168 *λ* 634*. — 224) *θαῦμα ἰδέσθαι* cf. ad v. 40 et *ζ* 306 *η* 45. 366 *ν* 108*. — 226) *περὶ κροτάφοισιν* *O* 648 *Π* 104. — 232) *μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ* *Φ* 256*. — 204) *ἐστεφάνωτο* *Λ* 36 *O* 153*. — 208) *κασσιτέροιο* *Λ* 25. 34 *Υ* 271*. — 238) *τεύχε' ἔχοντες* *λ* 41*. — 242) *ἐυδμήτων ἐπὶ πύργων* *M* 154 (*ἐυδ. ἀπὸ π.*)*. — 274) *πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει* *Σ* 493*. — 275) *αἰθομένων δαΐδων* *α* 428. 434 *η* 101 (acc.)*. — 280) *χορὸν ἱμερόεντα* *σ* 194*. — 287) *χθόνα δῖαν* *Ω* 532. — 288) *βαθὺ λήιον* *E* 147 *Λ* 559 *ι* 134. — 290) *Δημήτερος ἀκτήν* *N* 322 *Φ* 76*. — 306) *ἐυπλεκέων ἐπὶ δίφρων* *Ψ* 436 (*ἐυπλεκέας δίφρους*). —

---

[28]) Apud Homerum saepius haec clausula dirimitur in duas partes *ἐπὶ χθονί* et *φῦλ' ἀνθρώπων*. Prior particula septendecim locis ante caesuram bucolicam legitur; in secundo pede *ω* 535, in quinto pede *Δ* 493. Posterior particula praeter nostrum locum invenitur *γ* 282 *ο* 409.

307) ὠκέας ἵππους Γ263 Ε240. 261. 275 etc. — 309) ἅρματα κολλήεντ' Ο389 (ναύμαχα ἅ.) — 314) πλήθοντι ἐοικώς Ε87*. —

Omnino autem vix quintus quisque versus huius partis in formulam homericam desinit (ex 176 versibus 35). Sed quantopere haec pars a sermone homerico recedat, maxime inde apparet, quod illa quidem circiter 48 vocabula non homerica continet. Quae deinceps affero, ne quis existimet, maiorem horum numerum ex insolentia quadam argumenti consequi. Sunt enim haec:

141) τιτάνῳ — 142) ὑπολαμπές — 144) φατειός — 145) ἔμπαλιν — 147. 230. 250) ἀπλήτων — 156. 210. 257. 286) ἰθύνεον — 166) στίγματι — 170) ὁμιληδόν — 171) οὐδέτεροι — 186) μελαγχαίτης — 189) συναΐγδην — 190) ὠριγνῶντο — 192) ἐναρφόρος — 208) πανέφθου — 211) ἀναφυσιόωντες — 212) ἔλλοπας — 215) ἀμφίβληστρον — 224) κίβισις — 225) κατηωρεῦντο — 230) ἄπλητοι — 230) φαταί — 231) ἀδάμαντος — 234) ἀπηωρεῦντο ibid. ἐπικυρτώοντε — 235) λίχμαζον ibid. ἐχάρασσον — 250) δεινωποί — 258) ὀφήσσων — 262) θυμηνάσαι — 266) γουνοπαχής — 267) μύξαι — 268) σεσαρυῖα — 269) κατενήνοθεν — 273) εὐσσώτρου — 281) κώμαζον — 283) αὐλητῆρι — 287) ἐπιστολάδην — 289) πέτηλα ibid. κορυνιόεντα — 291) ἔπιτνον — 293) τρυγητήρων — 302) ἑλκηδόν — 306) μόχθον — 308) χαλαίνοντες ibid. ἐπικροτέοντα — 310) ἀΐδιον — 311) ἐπηνύσθη — 316) ἀερσιπόται.[29])

Transeamus nunc ad quaestionem de digammate, quam, quod imitatio exigua est, breviter absolvere possumus.

1. Ante vocem ἄναξ legitur praepositio ἀμφί integra v. 179. Sed praepositiones ἀμφί, ἀντί, προτί ποτί, ἐπί saepissime vocalem finalem servare recte Hoffmannus nos docet (quaest. hom. I. p. 83). Praeterea conferatur ἀμφὶ ἄνακτα Μ139 in eadem versus sede et Υ404 in quinto pede. In versu autem 226 περὶ κροτάφοισιν ἄνακτος ne tum quidem, quum ν ephelcysticon delevimus, de digammate cogitandum est, quod dativi in -σι exeuntes apud Homerum saepius ante vocem ἄναξ occurrunt.

2. Formae, quae pertinent ad radicem ϝιδ, duae comparent versibus 166 et 224. Sed neutra nobis offensionem praebet. Legitur enim v. 166 ὡς ἐπέφαντο ἰδεῖν, quo loco satis superque hiatus caesura trochaica excusatur. Hiatus autem, qui est v. 224 θαῦμα ἰδέσθαι offendere non potest, quum hanc sollemnem esse formulam homericam iam supra demonstraverimus.

3. Sequitur ut agamus de voce ἔργον et similibus. Locos, ubi adiectiva quaedam ante formam ἔργον inveniuntur, praeterire mihi licet, quoniam saepius de eiusmodi formulis dixi. Sunt autem v. 297. 313 κλυτὰ ἔργα v. 165 θαύματα ἔργα. Quod tamen legitur v. 244 ζωῇσιν ἴκελαι, ἔργα satis excusatur caesura semiquinaria et idem diphthongus αι eodem versus loco ante ἔργον producitur ω 75.

4. Deinde nobis dicendum est de formis, quae oriuntur e radice ϝικ. Occurrit enim v. 215 ἀπορρίψοντι ἐοικώς 228 ἐρρίγοντι ἐοικώς. Harum formularum sunt simillimae eae, quae reperiuntur Ο586 ῥέξαντι ἐοικώς, Ψ430 ἀίοντι ἐοικώς λ607 βαλέοντι ἐοικώς σ240 μεθύοντι

---

[29]) Fietkau 39 vocabula non homerica numerat; omisit enim haec: 142) ὑπολαμπές — 234) ἐπικυρτώοντε — 235) λίχμαζον — 258) ὀφήσσων — 262) θυμηνάσαι — 215) ἀμφίβληστρον — 268) σεσαρυῖα — 281) κώμαζον — 311) ἐπηνύσθη.

ἐοικώς. Et quod v. 314 videtur *πλήθοντι ἐοικώς* iam apud Homerum invenitur *E* 87. — Omnino autem hoc participium fere semper dativum, bis tantum adverbium antecedere demonstravit v. d. Windisch. de hymn. Hom. p. 25.

Neque in adiectivis, quae e radice *ϝικ* derivantur, est cur haereamus. v. 209 *κλυζομένῳ ἴκελος* legitur. Cuius formulae exemplar quamquam apud Homerum non inveni, tamen dativus in — *ῳ* adiectivum *ἴκελος* antecedens non nunquam occurrit: *Ω* 788 *δ* 249 *ε* 54. — Deinde legimus v. 198 *τῇ ἰκέλη*, cuius formulae simillima est *Π* 11 *τῇ ἴκελος*. Denique adiectivum *ἐπιείκελος* v. 182 iam ex Homero notum est. Accedit quod hoc loco in eadem formula atque apud Homerum reperitur *ἐπιείκελος* (*ν*) *ἀθανάτοισιν* *Λ* 265 *Δ* 394 *ο* 414 *φ* 37.[30]) — Ceteris autem locis certum digammatis vestigium agnosci non potest v. 211 *νηχομένοις ἴκελοι* v. 244 *ζωῇσιν ἴκελαι* v. 206 *μελπομέναις εἰκυῖαι*. (de hac forma conferantur, quae explicavit Windisch. l. l. p. 53.)

5. Neque certum est digamma vocis *ϝελικ* v. 295 *ἀργυρέῃς ἑλίκεσσιν*.

6. Idem valet de vocabulo *οἴνη* v. 292 *οἱ δ' ἐτρύγων οἴνας*.

7. Neque in radice *ϝεκάς* digammatis vestigium repperi. Nam elisio facta est v. 207 *οὐδ' ἑκὰς αὐτοῦ*.

8. Postremo occurrit vox *ἕκαστος* v. 283 *ὑπ' αὐλητῆρι δ' ἕκαστος* (299). Nonnulli editores *δ'* deleverunt ita ut hiatus sit ante *ἕκαστος*. Sed satis firmitate vocalis *ι* excusatur. (cf. praeterea p. 21).

Denique videmus *δέ* productum v. 236 *ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις*, cuius productionis causam certe probabiliter explicavit Curtius (Grdz.[4] p. 645), cum diceret j litteram post *δ* excidisse. Non tamen illa productio nostro carmini propria est. Quamquam enim eandem formulam apud Homerum non invenimus, tamen *τε* particulam nonnullis locis ante adjectivum *δεινός* produci videmus (*Λ* 10 *γ* 322) et *δέ* ac *τε* inter se esse simillimas nemo non videt.

Restat ut singula quaedam proferam, quae mihi commemoratione digna videntur.

1. Leguntur primum quatuor dativi formae in *αις* terminantes v. 213 *ἀκταῖς*, 206 *μελπομέναις* v. 219 *παλάμαις* v. 272 *ἀγλαΐαις*. Ex illis eiusmodi formis, quae iam apud Homerum inveniantur, altera est *ἀκταῖς* altera *θεαῖς*. Itaque non ex singulis his formis colligendum est, hanc partem recentiore aetate ortam esse, sed quod pro minore huius carminis ambitu maior earum exstat numerus. Nam ad idem genus pertinent v. 230 *Γοργόνες*, quod nomen apud Homerum delinatur *Γοργώ Γοργοῦς*, et *λαγός* v. 302 forma dorica in nostro epico carmine vix ferenda.

2. V. 245 fere ab omnibus *πρεσβῆες* legitur. Sed quum hoc loco tantum notio »senex« quadret, recte iudicasse mihi videtur Kühnerus (Gr. Gr. I. p. 347), qui *πρέσβηες* scribi vult, et merito eum nuper secutus est Rzachius de dial. Hes. l. l. p. 357. Eodem igitur modo illa forma ficta est atque Homericae *πόληες Ἄρηος* aliae.

3. Aoristi II epici, quibus pro simplici augmento reduplicatio accedat, duo occurrunt, qui apud Homerum non videntur: *μέμαρπον* v. 245 et *μέμαπον* v. 252, quorum ille, quum

---

30) Apud Homerum haec quoque formula invenitur *θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ* *I* 485. 494 *X* 279 *Ψ* 80 *Ω* 486 *ω* 36.

nonnihil offensionis habeat, fortasse cum Hermanno in τ' ἐμέ μάρπεν aut cum Goettlingio in τ' ἐμέμαρπεν mutandus est.

4. De forma κατεῖεν, quae in omnibus codicibus v. 254 legitur, viri docti dissentiunt. Buttmannus enim (Gr. Gr. I 541) eam pro κατήϊε positam et ex forma ἴεν amplificatam esse vult. Goettlingius vero contendit in ea formam perfecti εἶα agnoscendam esse.

Sed nuper Rzachius l. l. p. 453 multis argumentis demonstrasse mihi videtur, scribendum esse κατῆεν, quae forma iam apud Homerum inveniretur. Primo enim a compositore huius versus scriptam fuisse formam ΚΑΤΕΙΕΝ, deinde eo tempore, quo alphabetum ad literas minusculas rescriberetur, falso pro κατῆεν in textu esse positam formam κατεῖεν, postremo hanc in nostros libros irrepsisse.

5. Vv. 185 ἰδ' Ἄσβολον 174. 268 αἶμ' ἀπελείβετ' ἔραζ' elisa extrema vocali magnopere abhorrent ab usu homerico, quo ἰδέ et ἔραζε semper manent integra.

III. Tertia pars (v. 57—141. 318—480).

Haec pars quodammodo in ea re cum secunda convenit, quod totidem fere versus pro partis ambitu integros ex Homero haustos prae se fert. De versibus enim 246 novem eisdem fere verbis apud Homerum exstant, quos primum affero:

117) καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προςηύδα = Η 356 (nisi quod ὅς μιν) Ο 48 Ψ 557.

124) δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε = Γ 332 Δ 19 Τ 371 Π 133.

136) κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε = Γ 336 Ο 480 Π 137 χ 123.

374) ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο = Π 279.

405) οἱ δ' ὥςτ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι = Π 428 χ 302.

406) πέτρῃ ὑφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μαχέσθην = Π 429 (μάχονται).

412) ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοις ὄρουσαν = Π 430.

423) ὣς ἔριπ'· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ Μ 396 Ν 181 (ὣς πέσεν) Ξ 420 καὶ κόρυς.

443) αὐτὰρ Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο = Ε 733 Θ 384 cf. ε 382 ω 259. 547 (Παλλὰς Ἀ.)

Hos autem versus multo superant ei, qui aut ad exemplar cuiusdam loci Homerici sunt compositi aut consuti ex diversis hemistichiis formulisque Homericis:

64) ἅρματα δ' εὐποίητα cf. ν 369 εἵματα δ' εὐπ. — 65) Κύκνος ἀμύμων cf. Β 876 etc. (Γλαῦκος ἀ.) Adiectivum ἀμύμων fere semper in fine versus semel tantum post III trochaeum invenitur Ζ 190. Casus autem obliqui semper post III trochaeum leguntur. — 67) καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν cf. Ε 435 καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι. — 68) οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων cf. Α 43. 457 Π 527 τοῦ δ' ἔκλυε Φ. Ἀ. — 75) βίῃ καὶ χεῖρες ἄαπτοι cf. Θ 450 μένος καὶ χ. ἀ. cf. Ν 77 Π 244. — 79) τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσι ξ 394 cf. Ε 404. 890 Ν 68 Ω 427 ζ 240 ϑ 331 μ 337 τ 43 (οἱ Ὀ. ἔ.) — 80) ἐυστέφανον ποτὶ Θήβην Τ 99 ἐυστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ. — 89) φρένας ἐξέλετο Ζεύς Ζ 234 Τ 137 (cf. Ρ 470 ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς). — 95) ἡνία φοινικόεντα Ε 226. 318 Θ 116. 137 Λ 128 Ρ 479 ζ 81 ἡ. σιγαλόεντα. — 96) μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων cf. λ 195 μέγα δὲ φ. πένθος ἀέξει. — 102) Τὸν δ' αὖτε προςέειπεν Α 206 Γ 58 Ε 179 Ζ 332. 440 Η 233. 287 etc. — 107) ἵνα

κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι cf. ν 422 ἵνα κ. ἐ. ἄροιτο. — 112) ἀμύμονος Ἀλκείδαο cf. Π 140. 854 (Αἰακίδαο) Ε 247 (Ἀγχίσαο). — 113) λιλαιόμενοι πολέμοιο Γ 133 cf. ω 335 (λ. βιότοιο). — 115) ὣς φάτο· μείδησεν δὲ Α 595 Ε 426 Ξ 222 Ο 47 Φ 434 Ψ 555 δ 609 ε 180 ν 287 π 476 ψ 111. — 116) θυμῷ γηθήσας Η 189 γήθησε δὲ θυμῷ. — 121) πάντῃ ἀναστρωφᾶν cf. φ 391 π. ἀναστρωφῶν. — 123) κλυτὰ δῶρα ϑ 417. — ibid. περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν Λ 17 Π 131 Τ 369. — 126) Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός ω 547. — 128) ἀμφ' ὤμοισιν Κ 34. 149 Ο 479 Σ 538 δ 245 ϑ 416 χ 122. — ibid. ἀρῆς ἀλκτῆρα cf. Σ 100. — 135) ὃ δ' ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένος εἵλετο χαλκῷ cf. Κ 135 εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ = Ξ 12 Ο 482. — 137) περὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν χ 102 σ 378 (nom.) cf. Ν 188 Σ 611 κροτάφοις ἀ. — 320) ἀρσάμενος παλάμῃσι cf. Σ 600 ε 234 ἄρμενος ἐν παλάμῃσι. — 330) ἄλλο δέ σοί τι ἔπος ἐρέω cf. ο 27 ἄλλο δέ τοί τι ἔ. ἐ. — 331) γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσῃς cf. Χ 58 φίλης αἰῶνος ἀμέρθῃς. — 336) ἂψ ἀναχάσσεσθαι cf. Π 819 ἂψ ἀναχαζόμενον. — 344) περιστενάχιζε δὲ γαῖα cf. κ 454 περὶ δὲ στεναχίζετο δῶμα Β 784 στεναχίζετο γαῖα. — 355) οἶσθα καὶ αὐτός cf. Ο 93 οἶσθα καὶ αὐτή. ρ 573 οἶσθα καὶ αὐτός sed alia versus sede legitur. — 358) συνοισόμεθα πτολεμίζειν cf. Θ 400 σ. πτόλεμόνδε. — 376) πολλαὶ δὲ δρῦς ὑψίκομοι πολλαὶ δέ τε πεῦκαι cf. Λ 494 πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας πολλὰς δέ τε πεύκας. — 379) ὣς οἳ ἐπ' ἀλλήλοισιν πέσον μέγα κεκλήγοντες cf. Π 430 ὣς οἳ κεκλήγοντες ἐπ' ἀ. ὄρουσαν. — 384) ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας cf. Π 459 αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν. — 386) ἐν βήσσῃς ὄρεος cf. οὔρεος ἐν βήσσῃς Γ 34 Ξ 397 Π 634. 766. — 388) θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα cf. Λ 416 θήγων λ. ὀ. — ibid. ἀνδράσι θηρευτῇς cf. Μ 41 ἀνδράσιν θηρευτῇσιν. — 401) τὴν ὥρην μάρναντο Σ 453 πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο. — ibid. πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει Β 870 Λ 449 Θ 59. 63 ω 70. — 404) ἄραβος θ' ἅμα γίγνετ' ὀδόντων cf. Κ 375 ἄραβος δὲ διὰ στόμα γ. ὀ. — 410) οἳ δ' ὀτραλέως ἐνόησαν cf. Γ 260 τοὶ δ' ὀ. ἐπίθοντο. — 419) ἀπὸ δ' ἄμφω χέρσε τένοντε Κ 456 Ξ 466. — 421) ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ὅτε πέτρη Ν 389 Π 483. — 427) ὅς τε μάλ' ἐνδυκέως cf. Ω 158. 187 ἀλλὰ μάλ' ἐνδυκέως. — 428) μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα cf. Κ 495 μελιηδέα θυμὸν ἀ. — 432) ἔτλη ἐσάντα ἰδών cf. λ 142 ἔτλη ἐσάντα ἰδεῖν. — ἐσάντα ἰδών invenitur Ρ 334 π 458. — 442) ὃ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο cf. Ε 836 ὃ δ' ἄρ ἐμμαπέως ἀπόρουσεν, ξ 485 ὃ δ' ἄρ' ἐ. ὑπάκουσεν. — 444) ἐρεμνὴν αἰγίδ' ἔχουσα cf. Λ 167 ἐ. αἰ. πᾶσιν Β 447 αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον Ο 361 αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον. — 445) ὑπόδρα ἰδοῦσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα ρ 459 σ 388. — ibid. δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ' cf. Ο 13 δεινὰ δ' ὑ. ἰδών. — 446) μένος κρατερὸν καὶ χεῖρας ἀάπτους Η 309 μένος καὶ χ. ἀ. = Μ 166 Ν 318 Ρ 638 χ. ἀ. legitur etiam Λ 169 Ν 49 χ 70. 248. — 447) ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι cf. Ε 435 Ν 182 et ad v. 67. — 459) δεινῆς ἀκόρητος ἀυτῆς cf. Ν 621 δεινῆς ἀκόρητοι ἀ. — 460) σάκεος ὕπο δαιδαλέοιο cf. Τ 380 σάκεος . . . . . . δαιδαλέου. —

Denique breviores versuum formulas particulasve, quae iam apud Homerum exstant, repperi hasce:

58) ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος Α 370 Ε 444 Π 711 υ 278*. — 59) Ἄρην ἆτον πολέμοιο cf. Ε 388. 863 Ζ 203 Ν 746 (nom.)*. — 60) πυρὸς αἰθομένοιο Κ 246 Λ 595 Ν 673 Π 81 Σ 1 Χ 150 τ 39 υ 25*. — ibid. τεύχεσι λαμπομένους Ρ 214* (nom.) — 61) ἑσταότ' ἐν δίφρῳ Ω 701*. — ibid. ὠκέες ἵπποι Ε 257 Θ 88 Κ 474. 520 Π 370. 380. 383. 833. 866 Ψ 373 γ 496. — 66) υἱὸν ἀρήϊον Λ 98. 205. — 67) χαλκῷ δῃώσειν Θ 534 (δῃώσας). — 69) βίην Ἡρακληείην Ε 638 Τ 98 λ 601*. — 78) πολὺ φίλτατε πάντων Ω 762*. — 73) ὁρμηθῆναι Ν 559 Ξ 313 μ 126*. — 81) ἐυκτίμενον πτολίεθρον Β 501. 505. 546. 569 Δ 33 Θ 288 φ 433 γ 4 ϑ 283 ω 377*. — 82) βοῶν

ἕνεκ' εὐρυμετώπων υ 212 (β. γένος εὐ.) — 87) ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν α 16 (περιπλομένων). — 94) χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους λ 622*. — 96) ἵππων ὠκυπόδων *E* 732 *Θ* 128 *K* 535 (acc.) — 97) θοὸν ἅρμα *Δ* 533 *P* 458*. — ibid. ὠκυπόδων σθένος ἵππων cf. ad v. 96. — 98) Ἄρεος ἀνδροφόνοιο *Δ* 441. — 99) ἱερὸν ἄλσος *B* 506 ζ 291 (ἀγλαὸν ἀ.)*. — 100) Φοίβου Ἀπόλλωνος *I* 405. 560 ι 201. — ibid. Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο ἄνακτος *A* 75 etc.* — 101) κρατερός περ ἐών λ 256 κρατερώ περ ἐόντε*. — 103) πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε *A* 544 *Δ* 68 *E* 416 *Θ* 49. 132 etc.* — 108) τεύχεα ἀρήια *Z* 340 π 284 (ἀρ. τ.) — ibid. ὄφρα τάχιστα *Δ* 269. 465 *E* 690 *Θ* 9 etc.* — (haec est sollemnis formula homerica, nam τάχιστα longe plurimis locis aut cum ὄφρα aut cum ὅττι aut cum ἀλλὰ coniunctum invenitur. Τάχιστα omnino 50 Hom. locis exstat, ὄφρα τάχιστα 15.) — 129) δεινὸς ἀνήρ *Λ* 654*. — ibid. περὶ στήθεσσι *B* 416 etc.* — 135) ὄμβριμον ἔγχος *E* 790 *Λ* 435. 456 etc. — ibid. αἴθοπι χαλκῷ *Δ* 495 *E* 562. 681 *N* 305 *P* 3. 87. 592 *Σ* 522 *Y* 111. 117 φ 434. — 138) Ἡρακλῆος θείοιο *O* 25 *Y* 145*. — 139) σάκος παναίολον *N* 552*. — 140) θοῦμα ἰδέσθαι *E* 725 *K* 439 *Σ* 83. 377 ζ 306 η 45. 366 ν 108*. — 318) διὰ βουλάς *O* 71 ϑ 82*. — 319) σάκος μέγα τε στιβαρόν τε *Π* 136 *Σ* 478. 608*. — 320) ἄλκιμος υἱός *Λ* 604. 813. 836 *M* 1 *Π* 307. 626. 665 *P* 429 *Σ* 12. — 322) εἴκελος ἀστεροπῇ *Ξ* 386 (εἴκελον ἀ.) — ibid. πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο *H* 60 *Λ* 66 *X* 221. — 323) κοῦφα βιβάς cf. *N* 158 κοῦφα ποσὶ προβιβάς. — 324) δίφρου ἐπεμβεβαώς *I* 582 (οὔδου). — ibid. κάμπυλον ἅρμα *E* 231*. — 325) ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε θεά *Ω* 283 ϑ 300 ο 57 υ 173 ω 99. 439. — ibid. θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη *A* 206 *B* 166 *E* 405. 420*. — cf. ann. 5. — 326) ἔπεα πτερόεντα προσηύδα *A* 201* etc. in Iliade 56, in Odyssea 60 locis occurrit. — 327) τηλεκλειτοῖο *Ξ* 321 τ 546*. — 328) μακάρεσσιν ἀνάσσων *Z* 397 (ἄνδρεσσιν ἀ.) — 329) καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι *E* 435*. — 333) βροτόλοιγον Ἄρην *O* 329 (gen.) — 335) ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς ο 76. — ibid. οὔταμεν ὀξέϊ χαλκῷ *E* 132. 821*. — 336) αἴσιμόν ἐστιν *Φ* 291*. — 327) κλυτὰ τεύχεα *Π* 64 *P* 70. 85. 191. 208 *Σ* 144. 192 *T* 10 μ 228. — 338) δῖα θεάων *E* 381 *Z* 305 etc.* — ibid. ὣς εἰποῦσ' *E* 792 *O* 142 α 96 δ 425. 767 ϑ 15 ο 130 τ 600*. — 341) σμερδαλέον ἵπποισιν ἐκέκλετο *T* 399. — 342) ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα *Λ* 533 *P* 458. — ibid. κονίοντες πεδίοιο *N* 820 *Ψ* 372. 449 ϑ 122. — 343) θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη cf. ad. v. 325. — 345) ἠὲ θυέλλῃ *N* 39*. — 349) τὸν πρότερος προσέειπε *E* 276 *Z* 122. 517 *K* 36 *Λ* 605 *Y* 177 *Φ* 149 *X* 249 *Ω* 634. — ibid. βίη Ἡρακληείη *Λ* 690. — 350) Κύκνε πέπον cf. ι 447 κριὲ πέπον. — ibid. ὠκέας ἵππους *T* 263 *E* 240. 261. 275 etc.* — 352) δίφρον ἐΰξοον δ 590*. — 357) ὦ πέπον *Z* 55 *I* 252 *Λ* 765 *M* 322 *O* 472 *Π* 628. — 360) Πύλου ἠμαθόεντος *I* 153. 295 *Λ* 712 δ 633*. — (ω 151 secundo pede.) — 365) πρηνὴς δ' ἐν κονίῃσι *Z* 43. — ibid. χαμαὶ πέσεν *N* 578*. — 367) ἔναρα βροτόεντα *Z* 480 *K* 528 *O* 347 *P* 13. 540*. — 368) ὣς ἔφατ' ν 212*. — 369) ἐρυσάρματας ἵππους *O* 354*. — 370) ἐπὶ γαῖαν β 370 δ 417 etc.* — 371) Διὸς μεγάλου *B* 134 ϑ 82 ι 411 τ 179 χ 334. 379. — 372) καλλίτριχας ἵππους *E* 323 *Θ* 348. 433. 503 *Λ* 280. 531 *N* 819 *P* 624 γ 475 ε 380 ϑ 396. — 373) εὐρεῖα χθών *Δ* 182 *Θ* 150 *Λ* 740 *Φ* 487. — 376) δρῦς ὑψίκομοι *Ψ* 118 (acc.)* — 382) μεγάλ' ἴαχον *Σ* 29 *Φ* 10*. — ibid. ἀλαλητῷ θεσπεσίῳ *Σ* 149 ϑ. ἀ. — 383) μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεύς *O* 377*. — 384) ἀπ' οὐρανόθεν *Θ* 365 *Φ* 199 λ 18 μ 381. — 390) ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην *A* 103 δ 662*. — 392) τῷ ἴκελος *Π* 11 (τῇ ἴ.) ibid. Διὸς υἱός *A* 9 etc. — 395) θῆλυς ἐέρση *E* 467*. — 402) ὡς δὲ λέοντε δύω *E* 554 *K* 297. — ibid. ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο *Π* 757 (περί). — 403) ἀλλήλοις κοτέοντες *T* 345 ἀλλήλοισιν κοτέοντε. — 407) ἀγροτέρης

ἐλάφοιο Φ 486 ζ 133 (acc.) — 408) *αἰζήϊος ἀνήρ* P 520 μ 83*. — 409) *ἰῷ ἀπὸ νευρῆς* Λ 476. 664. — 410) *χώρου ἄϊδρις ἐών* κ 282*. — 411) *μάχην δριμεῖαν* O 696 *δριμεῖα μάχη*. — 413) *Διὸς υἱόν* cf. ad v. 110. — 414) *χάλκεον ἔγχος* T 317 Δ 481 E 620 etc. — 415) *οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν* Γ 348 H 259 P 44 (*χαλκός*) ibid. *δῶρα θεοῖο* ϑ 268 Φ 165. — 416) *βίη Ἡρακληείη* cf. ad v. 348. — 417) *κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος* Φ 50*. — ibid. *ἔγχεϊ μακρῷ* E 45. 660 N 177 Φ 402 χ 279. 293*. — 421) *ἢ ὅτε πέτρη Ἠλίβατος* O 618 (*ἠύτε*) K 87*. — 422) *ψολόεντι κεραυνῷ* ψ 330*. — 424) *τὸν μὲν ἔπειτ' εἴασε* Θ 125. 317*. — 425) *βροτολοιγὸν Ἄρην* cf. ad v. 333. — 426) *σώματι κύρσας* Γ 23*. — ibid. *λέων ὥς* Λ 129 Υ 164 Ω 572. — 430) *πλευράς τε καὶ ὤμους* Ψ 716*. — 433) *ἀκόρητος ἀυτῆς* N 621 (*ἀκόρητοι ἀ.*) — 435) *ἀχνύμενος κῆρ* κ 67 μ 153. 270*. — 436) *ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν* Ξ 401 Π 430*. — 439) *ἀντεβόλησεν* N 210. 246 K 277*. — 450) *ὣς ἔφατ'* cf. ad v. 368. — ibid. *μεγαλήτορα θυμόν* I 255. 629. 675 P 90 etc. — 451) *μέγα ἰάχων* P 213 Σ 160. — ibid. *φλογὶ εἴκελα* N 53. 330. 688 P 88 Σ 154. — 452) *βίη Ἡρακλείη* B 688 O 640*. — 453) *χάλκεον ἔγχος* cf. ad v. 414. — 455) *ἐν σάκεϊ μεγάλῳ* Λ 572. — 455) *γλαυκῶπις Ἀθήνη* cf. ad v. 325. — 456) *ἔγχεος ὁρμήν* cf. E 218 (*ὁ. ἔ.*) 457) *ἐρυσσάμενος δ' ἄορ ὀξύ* Φ 173 κ 321 λ 24 (*δ' ἄορ ὀξὺ ἐρ.*) — 458) *Ἡρακλέα κρατερόφρονα* Ξ 324 (*Ἡρακλῆα*). — 463) *εὔτροχον ἅρμα καὶ ἵππους* Θ 438*. — 464) *ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης* Π 635 κ 149 λ 52 (*ὑπό*). — 466) *μακρὸν Ὄλυμπον* A 402 B 48 E 398 Θ 199. 410 etc.* — 465) *αἶψα δ' ἔπειτα* Z 514 all. loc. — 468) *τεύχεα καλά* T 328 E 621 H 103 Λ 110. 247 N 510 P 91. 130 χ 114 ψ 366. — 469) *αἶψα δ' ἔπειτα* cf. ad v. 465. — 470) *ἵπποις ὠκυπόδεσσιν* Ψ 504*. — ibid. *γλαυκῶπις Ἀθήνη* cf. ad v. 325. — 471) *δώματα πατρός* δ 657 ξ 319 ο 458*. — 472) *λαὸς ἀπείρων* Ω 776 (*δῆμος ἀ.*) — 473) *κλειτοῦ βασιλῆος* ζ 54 (*κλειτοὺς βασιλῆας*). — 476) *φίλον μακάρεσσι θεοῖσι* α 82*. — 479) *κλειτὰς ἑκατόμβας* H 450 M 6*. —

Praeterea imitatio cognoscitur v. 382) *οἱ δ' ἀλαλητῷ θεσπεσίῳ σύνισαν* cf. Ξ 393 *οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ*. — *ἀλαλητῷ θεσπεσίῳ* cf. Σ 149. — 131) *διστοὶ θανάτοιο δοτῆρες* cf. T 44 *ταμίαι σίτοιο δοτῆρες*. —

Denique paucis tantummodo locis Hesiodei imitatio agnoscenda est: 75. 76) *μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβάροισι μέλεσσι* = Op. 148. 149. — 393) *ἠχέτα τέττιξ Ὄζῳ ἐφεζόμενος* cf. Op. 582 *ἠ. τ. δενδρέῳ ἐ.* — 397) *ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει* cf. Op. 587 *κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει*. —

Iam ut in hac quoque parte uno verbo significetur, quam cognationem cum carminibus Homericis habeat, addendum est paene alterum quemque versum in formulam Homericam exire (ex versus 247 fere 115) et circiter triginta sex vocabula non Homerica exstare.[31]

Iam quum haec pars *ὁμηρικωτάτη* esse videatur, nemo dubitabit, quin certa digammatis vestigia in ea exstant. At nos videbimus maxime Homeri imitationem, quam ceteris in rebus per totam partem tantam esse modo intelleximus, minime vero digamma ipsum hiatus istos productionesve creavisse.

1) Primum ante pronominis tertiae personae dativum *οἱ* particulam *δέ* non mutilatum legimus vv. 390. 411. 423. 435. 439, de qua formula iam supra diximus. Itaque commemo-

---

[31]) Fietkau tantum triginta numereat: omisit enim: 62) *χηλῇσι* — 109) *ἐμπελάσαντας* — 132) *φλεγύαο* — 347) *ἴδει* — 440) *συνενείκεται* — 477) *ἀιδές*.

rare non est opus vv. 390 et 423 ex Iliade in nostrum carmen esse illatos. Neque ei quod est v. 68 *ἀλλά οἱ εὐχωλέων* (in initio versus) exempla Homerica desunt. Nam etsi ipsam particulam *ἀλλά* uno tantum loco invenimus ante *οἱ* (*Z* 16 *ἀλλά οἱ*; legitur ante *ἑ* *E* 613), tamen *ἄρα οἱ* videmus *Δ* 198. 254 *M* 351 etc. *ῥά οἱ* *Ξ* 172. — De formula *γάρ οἱ*, quae reperitur v. 69 *αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε* v. pag. 73. — Deinde comparet v. 125 *ὅν οἱ ἔδωκεν*. Sed Hoffmannus nos docet, productiones caesura seminovenaria, quae sit semiseptenariae loco satis excusationis habere. (quaest. hom. I. 74.) Praeterea simillimus locus afferri potest *τόν οἱ ἔδωκε* *δ* 125. — Ex versu 116 *μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν* de digammate nihil erui potest. V. 359 *ἤδη μέν τέ ἑ φημι* legitur. Sed multis locis Homericis eadem formula occurrit *A* 510 *O* 682 *X* 143. 172 etc. — Saepissime autem *δέ* ante *ἑ* videmus *B* 197 *Δ* 541 *E* 103. 391 *Z* 34 *Θ* 301. 310 etc., atque inter *τέ* et *δέ* particulas summa est similitudo. — Uno loco exstat forma pron. poss. v. 59 *αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν*. Sed praeterquam quod hiatus satis excusationis habet caesura semiquinaria, conferatur simillima formula *θυγατέρα ἥν* *E* 371 *Z* 192 *Λ* 226 *N* 376.

2. Neque hiatus illi ante genetivum *ἄνακτος*, qui leguntur v. 100 *ἑκατηβελέταο ἄνακτος* et 371 *Ἐνυαλίοιο ἄνακτος* ullam offensionem nobis praebent. Nam priore loco notissima formula Homerica est usurpata et alterius loci simillimas copulationes apud Homerum inveniri vix opus est commemorare. — Deinde legitur v. 328 *μακάρεσσιν ἀνάσσων*, qui versus excusatione non eget. Denique v. 354 *ἐς Κήϋκα ἄνακτα* videtur, quod tam facile expediri non potest; sed similis Homeri locus in promptu est *I* 480 *ἐς Πηλῆα ἄναχθ'*.

3. Formae, quae spectant ad radicem *ϝεπ* sex leguntur, quarum duas praetereo v. 122 *ὣς εἰπών* et v. 338 *ὣς εἰποῦσα*. — Iam exit versus 116 in *ἄρμενα εἶπεν*, sed similem clausulam invenimus *ε* 300 *νημερτέα εἶπεν*, *ν* 254 *ἀληθέα εἶπεν*. Facile autem versus 117 et 330 explicari possunt, quum ille integer ex Homero receptus, hic ad exemplar cuiusdam Homerici loci, quem supra commemoravi, conformatus est. Denique elisio facta est v. 326 *καί σφεας θαρσύνουσ' ἔπεα* et 445 *δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ' ἔπεα*.

4. Paene magis etiam, quam in aliis vocabulis, in eis, quae a radice *ϝιδ* derivantur, Homeri imitatio manifesta est. Primum enim legimus v. 140 *θαῦμα ἰδέσθαι* formulam Homericam notissimam. Simillimum est exordium versus 318 *θαῦμα ἰδεῖν*. Porro legimus v. 432 *ἔτλη ἐράντα ἰδών*. Sed eadem formula invenitur *P* 334 *π* 458 (in II. pede) *ο* 531 (in III. pede). Saepius etiam legitur *ἄντα ἰδών* *N* 184. 404 *P* 305. 526 *X* 274 *π* 610 *ρ* 239. — Sine dubio etiam v. 445 *δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ'* ortum est ex Homerica illa formula *ὑπόδρα ἰδών* *A* 148 *B* 245 *Δ* 349 *E* 251. 888 etc. — V. 335 *ὀφθαλμοῖσιν ἰδών*, quamquam hoc loco propter *ν* paragogicum, quod ubique servamus, de digammate non est cogitandum, tamen liceat commemorare saepissime *ὀφθαλμοῖσιν* ante formas e radice *ϝιδ* derivandas legi. *T* 28 *Π* 182. — *Λ* 587 *O* 600 *P* 646 *Σ* 135. 190 *T* 174 *Ω* 246. 555 etc. — Uno loco invenimus *ἴδρις* adiectivum v. 351 *καὶ διζύος ἴδριές εἰμεν*. Sed ne vestigium quidem digammatis comparet.

5. Verisimile est nota illa Apollinis cognomina *ἑκατηβόλος ἑκατηβελέτης* alia olim digammate instructum fuisse. Sed ex hoc carmine nova argumenta promi non possunt, nam id quod legitur v. 58 *ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος* satis excusatur caesura semiquinaria, praesertim cum cogitemus formulam illam *ἑκ. Ἀπ.* apud Homerum semper a caesura semiquinaria

initium capere. Nec maior est difficultas v. 100 Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο ἄνακτος; totus enim locus ex Homero fluxit

6. Sequitur ut agamus de verbi ἰάχω. In principio versus 441 legitur τόσσῃ ὁ μὲν ἰαχῇ. Sed quamquam constat ἰάχω proprie fuisse ϝιϝάχω, cuius digamma apud Homerum etiam in adiectivo αὐίαχοι N 41 servatum est, hoc loco de digammate mea quidem sententia non est cogitandum. Hoffmannus enim docuit (qu. Hom. I. 101) productiones in arsi secunda, si sequeretur caesura semiternaria, quae esset ante caesuram trochaicam pedis tertii non abhorrere ab usu Homerico. Praeterea μέν particula eadem versus sede productum inveni H 389: κτήματα μὲν ὅσ' Ἀλέξανδρος etc. — Prorsus autem neglectum est eiusdem verbi digamma v. 436 ἀμφότεροι δ' ἰάχοντες, quem quidem Flachius mutavit.

De versu v. 382, ubi legitur μεγάλ' ἴαχον, contendit Flachius sine dubio esse legendum esse μέγα ϝίαχον. Tamen erravisse Flachium G. Hermannus demonstravit, cum diceret (Orph. p. 155) digamma non esse restituendum in imperfecto verbi ἰάχω, quoniam ι productum esset, quod fieri non potuisset, si valuisset digamma.

Potius cum Rzachio Hartelium sequimur, qui proposuit (stud. Hom. III. 33) μέγαλ' υἴαχον legendum esse ita ut ex syllaba ϝι diphthongus υἴ- orta sit. Tamen de vivo digammate apud nostrum poetam non est cogitandum: legitur enim eadem formula apud Homerum Δ 482 all. l. l. Item iam apud Homerum invenitur, quod exstat v. 451 μέγα ἰάχων = P 213. —

7. Permultis locis occurrit nomen Ἰόλαος. Longum est omnes enumerare atque, quamquam Rzachius contendit ubique certum digammatis esse vestigium, satis habeo commemoravisse mea quidem sententia nullo loco certum amissae consonae signum comparere, quum aut diphthongus aut syllaba in consonam desinens antecedat. (cf. vv. 74. 77. 78. 102. 118. 323. 340. 467.) (v. autem Hart. stud. Hom. III. 370. Rzach. quaest. Hes. 6 sq.) —

8. Praeterire licet vocem Ἑλίκη (v. 381. 475), quum utroque loco ἠδέ particula sit elisa.

9. E radice ϝικ derivantur adiectiva εἴκελος et ἴκελος. Duobus autem locis formulae ex Homero notae videntur. Nam cum v. 451 φλογὶ εἴκελος conferatur φλογὶ εἴκελος Σ 154 et cum v. 392 τῷ ἴκελος δ 249 ε 54. Neque est cur haereamus in versu 390, quo legitur λαμπετόωντι ἐΐκτην nam totum versum ex Homero haustum esse iam supra significavi. V. 345 elisio facta est προγένοντ' ἴκελοι.

Etiam ea re imitatio Homeri est manifesta, quod ante μέγας vocales quaedam producuntur. Nam sic ut vv. 364. 461 legitur δέ particula producta B 274. 196 Λ 459 Σ 27 Φ 313. 328 et formula ἐν σάκεϊ μεγάλῳ (v. 455) invenitur Λ 570. Versus 437, quo praepositionis ἀπό vocalis ο producitur, exemplar quidem apud Homerum non exstat. Tamen etiam hic nostrum poetam Homerum esse imitatum omnes viri docti merito putant. (cf. Hartel. stud. Hom. I p. 35 Rzach. stud. Hom. p. 21.)

Iam ex omnibus, quae exposui, luculenter apparet, huius partis auctorem quasi habitasse in Homero. Unde simul illud intelligitur, quod fere nihil invenitur in hac parte, quod prorsus recedat a consuetudine Homerica. Legitur enim una dativi forma in -αις desinens v. 375 ἀλλήλαις. V. 448 et 458 legitur accusativus Ἡρακλέα; apud Homerum semper in -ῆα exit cf. Ξ 324 Π 594 E 547 M 379 et pro πόληα quod est v. 105 legimus apud Homerum πόλιν. Mira est elisio πόσ'; quae apud Homerum non fit in hoc vocabulo, nisi σ littera est duplicata. —

Si eodem modo quo antea singulas partes inter se comparamus hunc partium ordinem esse videmus, ut proxima ad carmina Homerica accedat tertia pars, hanc deinceps sequatur prima pars et agmen claudat altera pars. Nam hanc tabulam propono:

Continet vv.	ex Hom. sumpt.	vv. in form. ex.	vocab. non Hom.
1) pr. pars (vv. 57)	0	30	8
2) sec. pars (vv. 176)	5	34	48
3) tert. pars (vv. 246)	9	109	36

Quarum partium tertia Homeri imitatore quodam dignissima esse videtur. Alterae duae partes ab alio poeta, alio loco, aliis temporibus atque tertia ortae esse mihi videntur. Sed ubi aut qua aetate ortae sint, nemo constituere audebit.

Summam eorum, quae in hac commentatione exposui, nunc breviter repeto:

I. Quae in Operibus et Diebus atque Scuto Herculis exstare videntur priscae linguae vestigia, ea non sunt propria his carminibus, sed petita ex Odyssea et Iliade; vidimus enim digamma non esse servatum nisi in formulis Homericis. Quae quum ita sint certe ex digammate servato nullo iure colligitur haec carmina ultima antiquitate esse exorta.

II. Omnino autem haec carmina quasi ex Homero pendent, quum tot hemistichia, tot formulas indidem petita contineant. Sed sicut eiusdem carminis aliae partes ab aliis discrepant, sic singula carmina non eodem iure Hesiodo aut si quis alius ea composuit, tribuuntur; exprimunt enim homericum genus dicendi duo magis quam tertium.[32]) Iam quae ratio inter singula carmina Hesiodea et Homerum intercedat, bene perspici potest ex hac tabula:

Continet vv.	ex Hom. sumpt.	vv. in form. exeunt.	voc. non Hom.
Thegonia (vv. 1022)	22	417	158
Op. et Dies. (vv. 828)	1	270	296
Scutum (vv. 480)	14	173	92

Ex hac tabula patet proxime accedere ad Homerum illud carmen, quod inscribitur Scutum Herculis et maxime distare illud, quod inscribitur Opera et Dies. Et quum iam dudum viri docti intellexerint Scutum Herculis Hesiodo deberi non posse, mihi quidem satis comprobatum est, illud carmen alia aetate ortum esse atque cetera. Sed quibus temporibus sit compositum certis lineis definiri non potest, et augetur haec difficultas, quod Scutum Herculis e diversis carminibus consutum esse videtur.

---

[32]) Liceat mihi hoc loco illam quoque tabulam, quam in fine dissertationis meae subieci, addere.